VERHANDLUNGEN

DER

LEOPOLDIN. CAROLIN. ACADEMIE DER NATURFORSCHER.

VERHANDLUNGEN

DER

LEOPOLDINISCH-CAROLINISCHEN ACADEMIE DER NATURFORSCHER.

ERSTER BAND.

GESAMMELT UND HERAUSGEGEBEN

VON

D. FRIEDERICH VON WENDT

PRAESIDENTEN DER AKADEMIE.

MIT ILLUMINIRTEN KUPFERTAFELN.

ERLANGEN. 1818.

In Commission der Stahelschen Buchhandlung zu Würzburg.

NOVA ACTA

PHYSICO MEDICA

ACADEMIAE CAESAREAE LEOPOLDINO-CAROLINAE

NATURAE CURIOSORUM.

TOMUS NONUS.

CUM TABULIS AENEIS PICTIS.

ERLANGAE
ANNO MDCCCXVIII.

PRAEFATIO.

Ex quo Naturae Curioſorum Academia Tomum octavum novorum Actorum ſuorum edidit anno MDCCXCI, ſane funeſta ſubiit fata! Primum enim hoc temporis ſpatio, proh dolor! mors binos ipſi eripuit Praeſides, utrumque non niſi ſumma cum veneratione nominandos, pariterque, dum viverunt, de Academiae ſalute et incremento impenſe meritos, ſcilicet b. Delium et b. Schreberum, quorum memoriam, ut fas eſt, ſeorſum et in hoc volumine pie celebramus.

Deinde, jam tum coorti belli atrocis, et hoc ſequentis temporis acerbi calamitatibus ac perturbationibus inclyta noſtra Academia paene ſuccubuit. Nam ſicuti tunc armorum ſtrepitus ubique timidas fugabat

Mu-

Muſas, ita etiam Naturae curioſorum abrupit labores, imo hoſtis iniquus inſuper retinuit Academiae reditus bonaque, atque ſic prope penitus evertit tenues ejus fortunas. Quo factum eſt, ut antiqua haec litteraria ſocietas per ſat longum temporis ſpatium ſe videret in otium ipſi alienum moleſtumque coactam, quin praeter hoc ad res familiares anguſtas dubiasque redactam.

Talis erat Academiae Naturae Curioſorum ſtatus, cum medio anno MDCCCXI in me delatum eſt ejus Praeſidium, quod omnino magnum onus meis jam ſenilibus et valetudinariis impoſuit humeris. Nam grave hoc ſuſceptum munus etiam atque etiam poſcebat, ut omnes nervos intenderem in res Academicas, quantum licuerit, reſuſcitandas reſtaurandasque.

Quem in finem ante omnia de Academiae bonis, tum valde dubiis, tantum e naufragio eripiendum fuit, quantum ullo modo fieri potuit. Attamen cum interim, patria Germanica tandem liberata pacataque, litteris propitior affulſerit lux, nec incaſſum adhibui, in expediendo hoc negotio, curam atque diligentiam.

Po-

Potius jamjam ſpem alere datum eſt, fore, ut in poſterum, porro aliquantum reſtaurato Academiae aerario, tam ſumtibus ejus neceſſariis ſatius ſuppeditari, quam ex b. Directoris Cothenii legato mox denuo praemium hauriri queat.

Sicuti proſperum hunc eventum nos acceptum ferre jubemur, ita inprimis quoque laetamur plures egregios viros, de medicina et philoſophia naturali optime meritos, in Academiam receptos, quorum nomina in paullo poſt annexo Catalogo leguntur.

Alii jam noſtratēs, in Academiae commodum inſigne, ab anno MDCCCXVI novi Adjuncti denominati, quisque ſuis titulis et honoribus ornandi, ſunt ſecundum tempus et ordinem receptionis ſequentes:

D. D. Joannes Chriſtianus Stark, Jenae.
D. D. Georgius Auguſtus Goldfuſs, Erlangae.
D. D. Chriſtianus Godofredus Nees ab Eſenbeck, Sickershauſae.
D. D. Ignatius Döllinger, Wirceburgi.
D. D. I. Salomon C. Schweigger, Erlangae.

Et

Et horum, qui omnes de Academiae ſalute recuperanda augendaque pari fervore ſatagunt, optimorum Collegarum auxilio potiſſimum certo novi Actorum Naturae Curioſorum Tomi editionem nos debere, laeti praedicamus.

Jam quidem b. Praeſes de Delius de hoc, qui nunc prodit, nono novorum Actorum Academiae Naturae Curioſorum Tomo cogitans, jam elaborationes quasdam ad eum pertinentes colligere coeperat. Attamen ſequens Praeſes b. de Schreber rem ulterius et eo demum perduxit, ut jam bibliographo manuſcripta traderentur, et aliquot plagulae reipſa imprimerentur. Poſtea vero, variis in bibliopolio et typographeo obortis impedimentis ac difficultatibus, illius Tomi noni editio magis magisque procraſtinata, vel adeo penitus interrupta eſt, donec mors infelicis Palmii, qui tum bibliopolio praefuit, jacturae noſtrae faſtigium imponeret. Scilicet rudi hoſtium irruptione in illam officinam librariam facta, cum ceteris ipſi propriis, etiam omnia eidem a nobis tradita, adque nonum Actorum Tomum deſtinata documenta,

ſcrip-

ſcripta impreſſaque ſimul ſunt diſſipata, ita ut ne folium quidem hucusque reverteret.

In quo rerum ſtatu itaque noſtrum erat, labores, qui ſingulari infortunio irriti periere, ex integro reſtaurare. Quam ob rem nos omnes, communi flagrantes deſiderio priſtini Academiae vigoris reſtituendi, illico unanima facilique conſenſione decrevimus, denuo nunquam otioſos evocare et excitare, ut nobiscum, ad egregium hunc finem obtinendum, quisque ſuam conferant Symbolam!

Nec nos fefellit expectatio. Statim enim Collegarum plures non ſolum materias ad noni hujus Actorum Tomi editionem neceſſarias ſuppeditarunt, ſed etiam futuros prius exhibendos promiſerunt labores, ut Actorum Tomus proximus poſt brevius temporis ſpatium hunc ſequi, et Tomorum Decadem digne implere queat.

Quod reliquum eſt, ardenter optamus, ut antiquae noſtrae Academiae labores, nunc reaſſumti,

in-

inque hoc volumine contenti, eodem, quo priſtini, modo in publicam cedant utilitatem, nec omnino lectoribus benevolis displiceant.

Dabamus Erlangae Calendis Januarii MDCCCXVIII.

D. Fridericus de Wendt,
Praeſes.

D. Fridericus Henricus Loschge,
Director.

CONTINUATIO CATALOGI

Dominorum Collegarum Academiae Leopoldino - Carolinae Naturae Curioſorum et membrorum honorariorum, inde ab anno 1791. usque ad annum 1818 in eandem receptorum.

Ordo receptionis.

Anno 1791.

872. D. Fridericus WENDT, Sereniſſ. Marggravii Brandenb. Onold. consil. aulic. medicinae in Acad. Erlangenſ. profeſſor. p. o. rec. d. 23 Dec. cogn. *Diocles Caryſtus IV.*

Anno 1792.

873. D. Fridericus Henricus LOSCHGE, in univerſit. literaria Friderico - Alexandrina Erlangenſ. p. p. o. rec. d. 3 Jan. cogn. *Clitarchus.*

874. D. Joannes Claudius de la METHERIE, academ. Reg. ſcientiarum artium et elegantiorum literarum Divionensis ſoc., Elector. Moguntinae, Regiae medicae Edinburgenſ., Natur. ſcrutat. Berolinenſ., phyſicae Lauſannenſ. etc. ſodalis. rec. d. 6 Januar. cogn. *Dexippus II.*

875. Adamus FABRONI, Phyſiophylac. Reg. Florentini curator, pluriumque ſocietatum literar. ſod. rec. d. 6 Januar. cogn. *Varro III.*

876. Joannes Tobias MAYER, Sereniſſ. Marggrav. Brandenb. Onold. conſiliar. aulic. Matheſ. et phyſic. in academia Friderico - Alexandrina p. p. o., ſocietatis Regiae ſcient. Gottingenſ, correſp. rec. d. 7 Januar. cogn. *Archimedes VI.*

Ordo receptionis.

877. D. Joannes MAYER, aug. et pot. Poloniarum Regis Confil. aulic., reg. foc. fcient. Bohemiae, Elect. Saxon. Oecon. et Palatin. Phyfic. Oecon. et Berolin. nat. fcrut. fod. rec. d. 8 Jan. cogn. *Mneftor II.*

878. D. Martinus VAHL, in Ac. Havnienf. prof. Reg., fociet. agrar. Taurinenf., phyfic. botanic. et georgophilorum Florentina., Georgicae Treienf., fcient. Veliternae, phyfiograph. Lundenf., fcient. Norveg. et Upfal. atque Hift. Natur. Havnienf. fod. rec. d. 13 Jan. cogn. *Phanias II.*

879. D. Andreas Johannes RETZIUS, in Univ. Reg. Lund. hiftor. natur. et oeconom. prof. Reg. ord., focietat. Phyfiograph. Lund. fecretar., academ. Reg. fcient. et fociet. Reg. Suec., patriot. Holmienf., fociet. Imper. Petropolit. oecon., Reg. fcient. et medic. Havnienf., Patavin. et Mantuan., nat. fcrutat. Berolinenf., fcient. et elegant. literr. Gothoburg., patriot Haff. Homburg., Acad. Reg. Taurin. et fociet. oecon. Lipf. fod. rec. d. 13 Januar. cogn. *Diophanes II.*

880. D. Gerardus Anton. GRAMBERG, Epifc. Lubec. Duc. Oldenburgi Conf. Cancellar. et med. aulic. ac milit. rec. d. 5 Februar. cogn. *Pliftonicus V.*

881. D. Joann. Georg. KRUINITZ, Acad. Elect. fcient. Moguntinae, foc. Reg. fcient. Francof., foc. oecon. Imper. Reg. atque Elect. Carinth. Petropol. March. Silef. patriot. Saxon. et Lufatic. fod. rec. d. 20 Febr. cogn. *Mago.*

882. D. Carol. Chriftian. GMELIN, Medic. D. Hift. Nat. in Gymnaf. ill. Carolsruh. prof. rec. d. 28 Febr. cogn. *Cratevas VI.*

An-

Anno 1793.

883. D. Jac. REINEGGS, aug. Ruſſ. Imperatric. Colleg. Conſil., Collegii Imp. med. aſſeſſor, et Secretar. perpetuus in rebus ſcientificis, ſoc. Reg. ſcient. Gotting. et Berolin. natur. ſcrutat. ſod., inſtitut. Imperialis med. Chirurg. petropolitan. Direct. rec. d. 5 Januar. cogn. *Jaſon VI.*

884. D. Joann. Gabriel GALLOT, Acad. Reg. Divionenſ. Lugdunenſ. Rothomagenſ. et ſoc. Reg. medic. Paris. ſod. rec. d. 1 Sept. cogn. *Charidemus.*

885. Albinus Ludov. MILLIN, Soc. hiſt. nat. Pariſienſ. praeſes. rec. d. 3 Sept. cogn. *Porphyrius II.*

886. D. Ferdin. WURZER, Chemiae in alma Maximilianea Bonenſi prof. rec. d. 4 Sept. cogn. *Oſtanes II.*

887. D. Paul. USTERI, ſoc. Medicor. et Chirurgor. per Helvetiam correſpondentium, nat. curioſor. Turicens. et Hallens. et collegii medicor. Nancejens. ſod. rec. d. 5 Sept. cogn. *Acarnan III.*

888. D. Joannes HEDWIG, medic. et botanic. in acad. Lipſ. et nat. ſcrut. Berolin. ſod. rec. d. 10 Sept. cogn. *Glaucias III.*

889. Joſeph. Paul. nob. a COBRES, S. Joann. Bapt. Hieroſ. Equ. cruce donatus et procur., ſoc. natur. ſcrutator. Berolin. et Gedanenſis. ſod. rec. d. 10 Sept. cogn. *Plinius VI.*

890. Frid. Juſtin. BERTUCH, Ser. Duc. Sax. Vinariens. atque Iſenacens. conſil. legat., acad. Reg. Boruſſ. art. eleg., Electoral. Mogunt. Scient. et ſoc. Elect. Saxon. Oecon. ſod. rec. d. 19 Novemb. cogn. *Eugenius.*

891. Tobias LOWITZ acad. Imper. Ruſſ. ſcient. adjunct., Elect. Mogunt. ſcient. et ſoc. lib. oecon. Petrop. ſod., ſoc. Reg. ſc. Gotting. conjunct. rec. d. 19 Novemb. cogn. *Oneſidemus.*

An-

Anno 1793.

892. D. Georg Alb. WEINRICH civitat. Marcobreitenſ. et terrar. Schwarzenberg. in Franc. phyſicus., inſtit. mor. et eleg. lit. Erlang. ſod. rec. d. 10 Jan. cogn. *Jolaus.*

893. Joann. Hieron. SCHROETER, i. u. d., Pot. magn. Britann. Reg. Elect. Brunſv. et Luneb. ſummus praef., acad. Elect. ſcient. Mogunt. et ſoc. nat. ſcr. Berolin. ſod., ſoc. Reg. ſcient. Götting. literar. commerc. conj. rec. d. 17 Jan. cogn. *Hipparchus III.*

894. Sigism. l. b. ZOYS ab EDELSTEIN, ſociet. Amicor. natur. ſcrutator. Berolin. ſod. etc. rec. d. 17 Jan. cogn. *Cajus Balbillus II.*

895. D. Car. Aug. Guil. BERENDS, medic. practic. in univerſ. Francofurt. p. p. o., civitatis Francof. et Circ. Lebuſienſ. phyſicus, Noſocom. Thieleavienſ. medicus, rec. d. 6 Februar, cogn. *Polydorus.*

896. D. Georg. Frid. HILDEBRANDT, anatom. p. p., ſupremi Brunſvic Colleg. ſanitat. aſſeſſ. ordin. cet. rec. d. 2 Febr. cogn. *Heraclianus V.*

897. D. Joann. Christ. REIL, in acad. Frideric. Hal. therap. p. p. o. et ſchol. clinic. director, civitat. Halenſ. poliater rel. rec. d. 2 Mart. cogn. *Diocles Carystius V.*

898. D. Joann. Andr Guil. BUCHNER, pot. Dan. et Norweg. Reg. a conſil. justit., civitat. et provinc. Bergenſ. in Norveg. phyſic. rec. 2 Mart. cogn. *Bacchius II.*

899. D. Henr. Frid. ISENFLAMM, aug. Ruſſiar. Imperat. a conſil. aul., medic. et anatom. in univerſ. literar. Dorpatienſi p. p. o. rec. d. 14 April. cogn. *Callisthenes.*

900. Car. HAIDINGER, S. Caeſ. et Reg. Maj. conſil. metallic. referens in rebus monet. et metalla ſpectant. rec. d. 16 April, cogn. *Apollodorus IV.*

901. Frid. Alex. ab HUMBOLDT, pot. Boruſſor. Reg. ſumm. rer. metallicar. magist., ſoc. Berolin. amicor. nat. ſcrut. ſod., rel. rec. d. 20 Jun. cogn. *Timaeus Locrensis.*

902. Joann. Frid. WESTRUMB, Pot. Magn. Britann. Reg. in reb. metall. procurat., Collegii, cui Commercior. cura demandata est, ad ſeſſ., civit. Hamelenſ. Senator et pharmacop. optim. mer., ſoc. Amicor. nat. ſcrut. Berolin. Colleg. rec. d. 21 Jun. cogn. *Osthanes II.*

903. M. Joann. Hieron. CHEMNITZ, eccles. praesidiar. German. Hafnienſ. past., Academ. Imper. nat. curioſor., ſoc. ſcient. Reg. Dan. Havnienſ. et Nidroſienſ., Acad. Elect. Mogunt., ſoc. nat. ſcrut. Berolinenſ. et Gedanenſ., phyſiograph. Lundenſ. et Holmienſ. pro fide ac Christianismo cet. ſod. rec. d. 10 Sept. (Adjunctus).

904. Guilelmus HERSCHEL, L. L. Doctor, ſoc. Reg. ſcientiar. Londinenſ. ſodalis rel. rec. d. 14 Oct. cogn. *Cleostratus.*

905. D. Lebr. Frid. Benj. LENTIN, Magn. Britann. Reg. et Elect. Brunsvic. med. aul., civit. Luneb. phyſ. et med. praeses, ſoc. Reg. ſcient. Gotting. ſod. rec. d. 20 Nov. cogn. *Iatrodorus.*

Anno 1794.

906. Franc. Ferdin. WILL, S. S. theolog. licent., capit. Imper. Rheinfeldenſ. Canonic. et civit. paroch. rec. d. 1 Febr. cogn. *Eubulus V.*

907. Joann. Christ. FABRICIUS, in univerſ Reg. Kilon. hist. nat. et cameral. p. p. o., ſociet. ſcient. Havnienſ. Norv. Berolinenſ. Lipſ. Lund. Petrop. Taurinenſ. et Pariſienſ. agricult. et hist. natur. ſodal. rec. d. 21 Mai. cogn. *Philistus.*

Ordo receptionis.

908. D. Joann. Joſeph. KAUSCH, Reg. Boruſſ. colleg. med. Glogavienſ. adjunct., phyſ. provinc. Reg., Militſchii in Sileſia med. pract., acad. Elector. Mogunt. ſcient. cet. ſod. rec. d. 23 Jun. cogn. *Doſitheus.*

909. D. Henr. Maria a LEVELING, S. R. I. eques, ſereniſſ. Elect. Palat. et Bavar. conſiliar. act., anat. phyſiol. ac diaetet. p. p. o. in univ. Ingolst. rec. d. 23 Junii cogn. *Andreas Carystius.*

910. D. Nathan. Ern. DAUTER, civit. Gedan. phyſic., Reg. ſoc. med. Edinburg. et ſoc. nat. curioſ. Gedan. ſod. rec. d. 23 Sept. cogn. *Diogenianus.*

911. Philipp. Ad. LAMPE, civitat. Gedanenſ. protophyſic., ſocietat. natur. curioſ. Gedanenſ. et Berolinenſ. ſodalis. rec. d. 23 Sept. cogn. *Neocles.*

912. Joann. LATHAM, Pharmac. Chirurg. et art. Obſtetric. practic. Dartfortienſ., Reg. ſocietat. ſcient. Londin., ſoc. antiquar. ac Linnean. Londin., ſocietat. chirurgor. Lond. et naturae ſcrutat. Berolinenſ. ſodalis rec. d. 6 Octob. cogn. *Ariſtophilus.*

Anno 1795.

913. D. Joann. GOERKE, Reg. Boruſſ. exercitus protochirurg. rec. d. 21 Mart. cogn. *Nymphodorus.*

914. D. Christ. Sam. JOHN, miſſion. Reg. Danic. in India orient. ſoc. nat. ſcrutat. Berolinenſ. ſodal. rec. d. 1 Mai. cogn. *Plinius Indicus.*

915. D. Joann. Petr. ROTTLER, miſſion. Reg. Dan. in India orientali. rec. d. 1 Mai. cogn. *Plinius Indicus II.*

916. D. Joann. Ad. SCHMIDT, anatom. inſtitution. chirurgicar. Acad. caeſar. Joſephinae Vindobonenſ. p. p. rec. d. 23 Aug. cogn. *Pelopes.*

Ordo receptionis.

917. Joann. Barthol. TROMMSDORF, Chem. p. p. o. in univerſ. Erfordienſ., Academiae Elector. Mogunt. ſcient. util., ſociet. med. Helvetic., phyſic. Jenenſ., Botan. Ratisbon. ſodal. rec. d. 11 Sept. cogn. *Olympiodorus V.*

918. D. Joann. Siegfr. KAEHLER, Sommerfeldae in Neomarchia poliater rec. d. 12 Sept. cogn. *Polydorus.*

919. Car. Ehrenbertus a MOLL, S. R. I. eques, Eminent. Archiep. Salisb. cam. director., plurium ſocietatt. ſcient. ſodalis rec. d. 1 Sept. cogn. *Xenocrates.*

920. Dn. Demetr. Princeps a GALLITZIN, academiar. ſcientiar. Imperial. Petropol., Regiar. Berolinenſ. Holmienſ. Bruxellienſ. aliarumque ſodalis. rec. d. 20 Octob. cogn. *Maecenas.*

921. D. Chriſtianus Fridericus HARLESS, medicinae profeſſor in univerſitate Erlangenſi, plurr. academ. et ſocietat. litt. membrum. rec. d. 5 Januarii.

Anno 1797.

922. Bened. Franc. Joann. HERMANN, Auguſt. Ruſſiar. Imper. a conſil. aul., acad. Imp. Petropol., ſoc. lib. oecon. Petropol. aliarumque ſociett. liter. ſod. rec. d. 5 Aug. cogn. *Callias.*

923. BOEBER, ordin. S. Wolodimeri eques aurat., Auguſt. Ruſſ. Imper. a conſil aul. et ſtudior. juventutis nobilis, quae Petrop. ad rem tormentar. educatur, director, acad. Imper. Petrop., ſoc. lib. oeconom. Petropolit. aliarumque ſocc. liter. ſodalis, rec. d. 5 Octob. cogn. *Evages.*

924. D. Jac. Edw. SMITH, praeſes ſoc. Linn., quae Londini floret, ſoc. Reg. Lond., acad. Reg. Holmiens. Oliſſipon. Taurin., ſoc. Upſal. Lund. American. et hiſt. nat. Paris. ſod. rel. rec. d. 10 Octob. cogn. *Cratevas.*

925. Joan. Frid. Sal. LUZ, coetus ſacri Gunzenhuſani archidiac. rec. d. 20 Nov. cogn. *Timochares.*

Anno 1798.

926. D. Joſ. Aloyſ. FROELICH, Ser. El. Trevir. Princ. Elwang. a confil. aul. medicus aul. poliater et phyſic. provinc. Elwang., ſociet. botan. Ratisb. et mineral. Jenenſ. ſod. rec. d. 5 Jan. cogn. *Gentius.*

927. Joſeph. de GRANDIDIER, canonicus juris licentiatus. rec. d. 6 Febr. (Soc. correſpondens).

928. Guſtav. a PAYKULL, dom. in Heſſelby, pot. ſuec. Reg. a confil. cancellariae, Academ. Reg. ſcientiar. Holmienſ. ſodalis. rec. d. 5 Febr. cogn. *Ariſtomachus.*

929. Tobias KOY, ad excelſam Cameram Reg. Hung. aul. generalium caſſarum praefecturatus officialis. rec. d. 1 Mart. cogn. *Aelianus IV.*

930. Maurit. Joann. BOEHM, ad excelſum conſilium Reg. locumtenentiale Hungar. rationum officialis. rec. d. 1 Mart. cogn. *Aelianus V.*

931. D. Georg. Adolph. SUCCOW, Sereniſſ. Duc. Palat. Bipont. a conſ. aulic., in Acad. Elect. Palat. oecon. publ. dicata, quae Heidelbergae floret, p. p. o., Acad. ſcient. Elect. Palatin. Mannhem. et Mogunt. Erfordienſ., ſociet. ſcient. Francof. et Amicor. nat. ſcrut Berolinenſ. ſod. rec. d. 5 Sept. cogn. *Eubulus.*

932. Leonard. de PRUNNER, in pot. Sardin. Reg. Legione Teutonica de Brempt procenturio, Ac. Reg. ſcientiar. Stockholm., ſociet. Reg. agrariae Taurinenſ., oeconom. Florent. et phyſiocr. Senenſ. ſod. rec. d. 1 Sept. cogn. *Ariſtaeus.*

933. D. Joann. Henr. JOERDENS, pot. Boruſſor. Reg. a conſiliis Aul., medicus pract. Curiae Variſcor. rec. d. 5 Oct. cogn. *Pamphilus.*

Ordo receptionis.

934. Bonavita BLANK, ordinis S. Franc. convent. ex-provincialis ac provinc. Argentin. definitor, in Univerſit. literar. Julia Wirceb. philoſophiae et hiſt. nat. p. p. atque muſei publici director. rec. d. 25 Octob. cogn. *Zeuxides*.

935. Chriſt. Frid. MEYER, potentiſſ. Reg. Boruſſiar. a conſil. in reb. bell. domanial. et foreſt., ſociet. patrioticae ad oeconomiam artesque et negotia utilia promovenda et ad culturam bombycis amplificandam inſtitutae nat. ſcrut. Gueſtphal. director, pluriumque ſociet. literar. ſodalis, rec. d. 22 Dec. cogn. *Diophanes*.

Anno 1800.

936. Joann. Petr. WESTRING, pot. Reg. Sueciae medicus, Acad. Reg. ſcientiar. Holm. ſodal. rec. d. 1 Sept. cogn. *Olympiodorus*.

937. D. Godofr. Chriſt. REICH, med. et chirurg. prof., Acad. Elect. Mogunt. Erford., ſoc. Linn. et med. Londin., Duc. Sax. Goth. foreſt., Helvet. med correſp., nat. cur. Hallenſ. et Turic., mineral. Jen. et botan. Ratisb. ſodalis rec. d. 24 Sept. cogn. *Metrodorus IV.*

938. Joann. Matth. BECHSTEIN, ſereniſſ. princ. Lippiae a Conſiliis in reb. metall., ſoc. Ducal. Gothanae foreſt. director rec. d. 25 Sept. cogn. *Oppianus*.

939. D. Adam. AFZELIUS, botan. demonſtrator in Academ. Upſal., acad. Reg. ſcient. Holm., ſoc. Reg. Londin. et Linn. anglica ſod. rec. d. 10 Octob. cogn. *Heſperus*.

Anno 1801.

940. D. Dawſon. TURNER, ſoc. Angl. Linn. ſodal. rec. d. 28 Jun. cogn *Theodotus*.

941. D. Georg. Guſt. DETHARDING, med. et chirurg. practicus apud Roſtochienſ., ſocietatis phyſ. Megapolit. praeſes. rec. d. 15 Aug. cogn. *Cleophantus.*

Anno 1802.

942. Chriſtian Gottlieb POETZSCH, Aufſeher beym Churfürſtl. Sächſiſchen Naturalienkabinet zu Dresden, der Leipz. ökon. Societ. Ehren - der Oberlauſiziſchen Geſellſch. der Wiſſenſch. u. d. Geſellſch. der naturforſch. Freunde in Berlin auswärtiges, der Societ. für die geſammte Mineralogie in Jena correſpond. Mitglied. Am 8 Dec.

Anno 1803.

943. Johann Aloyſius SCHEDEL, der Kammeral - und Forſtwiſſenſchaft Praktikant in Würzburg, der naturforſchenden Geſellſchaft zu Jena und der botaniſchen Geſellſchaft zu Regensburg Ehren - Mitglied. Am 24 May. (Als correſpondirendes Mitglied, ſo wie der vorhergehende.)

944. Dominicus NOCCA, in univerſ. lit. Ticin. botan. prof., variar. ſoc. literar. ſodal. rec. d. 25 Aug. cogn. *Philagrius.*

945. Joann. Bernh. FISCHER, pot. Pruſſiar. Reg. a conſil. camer. et rer. oeconom. procurat., Acad. et ſocc. Elect. Bavar. Haſſ. agric. et art. et Wonſiedel. ad illuſtr. hiſt. mor. et jur. patr. inſtitut. ſodal. rec. d. 30 Sept. cogn. *Columella.*

Anno 1804.

946. Ludov. de BAYLLE, ord. Reg. Sard. SS. Mauritii et Lazari eques auratus, jur. utr. Dr., muſei Regii, quod Calari eſt, director rec. d. 16 April. cogn. *Calligenes.*

947. D. Petrus LEONI, medicinae practicus apud Calaritan. rec. d. 16 Apr. cogn. *Charicles.*

Ordo receptionis.

948. D. Adam. Elias de SIEBOLD, S. R. J. Nobilis, in univerſ. Wirceb. med. et art. obſtetr. p. rec. d. 15 May. cogn. *Cleophantus.*

949. D. Joann. Barthol. de SIEBOLD, S. R. J. Nobilis, in univ. Wirceburg. med. anat. et chirurg. p. rec. d. 15 May. cogn. *Herophilus.*

950. Carol. Chriſt. LANGSDORF, in Imper. univ. liter. Wiln. Mathes. et technol. p. p. o. deſign., acad. Erford. ſcient. util., ſociett. Reg. Suec. et Haſſ. Homb. patriot., Elect. Badenſ. Heidelb. phyſ. oecon., Lauſann. phyſ., Batav. Haarlemenſ. ſcientiar., Erford. phyſ. mathem. ſodalis, ſoc. Reg. M. Britann. ſcient. Gotting. correſpond. rec. d. 5 Julii cogn. *Archimedes.*

951. D. Franc. Ant. BOY, in Univerſ. Calaritana med. et Anat. profeſſ. rec. d. 11 Jun. cogn. *Caſſius Felix.*

952. D. Joann. Georg. LENZ, Ser. Duc. Saxon. Vinar et Iſenac. a conſiliis in reb. metallicis, in univ. lit. Jenenſ. philoſ. p. p. o., muſei rerum nat. et biblioth. Büttner. cuſtos, Soc. ad Univerſ. Mineralog. promovend. Jenae inſtitutae conditor ac director, ſoc. Sax. Goth. et Altenb. Waltershuſae florentis venat., foreſt. Weſtphal. et Halenſ. nat. ſcrut., Jenenſ. phyſicae ſod., ſoc. Batavae Roterodam. phyſ. experim. correſp. rec. d. 14 Jul. cogn. *Archagathus.*

Anno 1805.

953. Burcard. l. b. de VIETINGHOF, dynaſta Marienburgi in Liv., aug. Imper. Ruthen. conſil. intim., Imper. Acad. ſcientiar. Petropolit. ſodalis cet. rec. d. 10 April. cogn. *Maecenas.*

954. D. Joann. STIEGLITZ, pot. Magn. Britann. Reg. et Elect. Brunsvic. Luneb. med. Aul. rec. d. 15 May. cogn. *Philumenus.*

An-

Anno 1806.

955. D. Ern. HORN, pot. Reg. Boruſſiar. a conſiliis Aulic., in univerſ. Erlang. hucusque Medic. p. p. o. et fac. med. aſſeſſor., nunc noſocom. Berolinenſis, quod a Caritate Nomen habet, director deſignatus, plurium ſociett. literar. ſod. rec. d. 25 Mart. cogn. *Crito.*

956. D. Aug. Henr. Frid. GUTFELDT, Med. pract. apud Altonavienſ. rec. d. 24 Jul. cogn. *Agathinus.*

957. D. Car. Chriſt. Frid. JAEGER, pot. Reg. Wurtemberg. Med. Aul. rec. d. 25 Jul. cogn. *Doſitheus.*

958. D. Chriſt. Frid. JAEGER, pot. Regis Wurtemb. archiater. rec. d. 25 Jul. cogn. *Theon.*

959. D. Godofr. Alb. GERMANN, Aug. Ruſſiar. Imperat. a conſiliis Aul., in Univ. Dorpat. cum hiſt. nat. univerſ. tum botan. p. p. o. rec. d. 8 Aug. cogn. *Xenophanes.*

Anno 1807.

960. D. Valerianus Ludov. BRERA, in Acad. Bonon. Med. p. p. o., Noſocom. civ. Cremens. medicus dirigens, Soc. Med. Paris. Bruxell. Mantuan. Florent. Gotting. aliarumque ſod. rec. d. 1 Nov. cogn. *Calligenes.*

Anno 1808.

961. D. Sam. Gottl. VOGEL, Ser. Duc. Mecklenb. Sverin. Conſil. Aul. et Archiater, in Univ. lit. Roſtock. Med. p. p. o. rec. d. 1 Octob. cogn. *Philoxenus.*

Anno 1813.

962. D. Aug. Frid. SCHWEIGGER, Med. et botan. in Acad. Regiom. prof. rec. d. 22 April, cogn. *Dioſcorides.*

963. D. Car. HOHENBAUM, Ser. Duc. Hilperth. Confil. et med. aul., phyficus Circuli Heldburg., focietat. phyfic. med. Erlang. fodalis rec. d. 22 April. cogn. *Diocles Caryftius V.*

964. D. Joann. Christ. STARK, Ser. Duc. Saxo-Wimar. a Confil. aul., Medicinae Chirurg. et Art. Obftetric. p. p. o. inftitut. clinic., quod Jenae floret, Director rec. d. 22 April. cogn. *Podalirius.*

965. D. Auguftus GOLDFUSS, fociet. phyfico-med. Erlangenfis, botan. Ratisbon., mineralog. Jenenf., Academ. Sardo-Cagliarenfis fod. rec. d. 1 Maii. cogn. *Polyponus.*

966. Philipp. Jacob. JACK Auguftan. poliater rec. d. 29 Jun. cogn. *Aesculapius II.*

967. D. Burc. Guil. SEILER, Prof. Med. Anat. et Chirurg. in Acad. Witembergenf. rec. d. 29 Jun. cogn. *Albinus II.*

968. Joann. Bapt. GRAF, Ambergenf., pot. Reg. Bavar. a Confiliis rec. d. 13 Sept. cogn. *Apollo Soter.*

Anno 1814.

969. D. Frid. Ludov. KREISIG, Aug. Reg. Saxon. Confil. aul., Membrum collegii fanitat. Dresdenf., fociet. Reg. oeconom. Saxonienf., Caefar. medic. phyfic. Moscav. et Erlangenf. fodalis rec. d. 5 Jul. cogn. *Eudemus II.*

970. D. Joann. de WENDT, pot. Boruff. Regis in re Med. a conf., Medicinae in Univerf. Viadrino-Vratislav. p. p. o., foc. Silef. patriae cultricis prim. ab epistolis, foc. literar. Francof. nec non quae Jenae foffilibus indagandis floret, fodalis rec. d. 9 Jul. cogn. *Praxagoras.*

Ordo receptionis.

971. D. Frid. SCHUMACHER, Societ. Mineralog. Jenenſ., Sydenhamic. Halenſ., Athenaei Medic. ſod. rec. d. 11 Jul. cogn. *Andromachus.*

Anno 1815.

972. Gottl. Frid. SCHAUFUSS, Ser. Princ. Ruthino. Greizenſ. a conſiliis aul., ejusdem archiater rec. d. 2 Febr. cogn. *Andromachus II.*

973. Gotthelf. Nob. de FISCHER, director. acad. Caeſar. Roſſic. nat. curioſor. Moscav. rec. d. 22 Aug. cogn. *Galenus III.*

974. D. Georg. Franc. HOFFMANN, prof. botan. in acad. Moscav. rec. d. 22 Aug. cogn. *Dioſcorides IV.*

Anno 1816.

975. D. Christ. Godofr. NEES ab ESENBECK, ſodalis ſocc. botan. Ratisbon., Naturae ſcrut. Berolin. et Hal., Mineral. Jenenſ., Hiſt. nat. Wetterav. et Norimb. et phyſ. med. Erlang. rec. d. 3 Mai. cogn. *Ariſtoteles.*

976. D. Ignat. DOELLINGER, prof. anatom. et phyſiolog. Wirceburg. plur. ſocietat. Academ. ſocius rec. d. 3 Mai. cogn. *Euſtachius.*

977. D. Joannes Salomon Chriſtophor. SCHWEIGGER, phyſ. et chem. p. p., ſoc. ordin. Regiae acad. ſcient. Monacenſis rec. d. 3 Mai.

978. D. Franciscus Josephus SCHELVER, med. p. p. o. in acad. Heidelb. rec. d. 3 Mai, cogn. *Aretaeus.*

979. D. Joſeph. Bernard. de HARZ, Aug. Reg. Bav. a Conſil. Sanctior. et Archiater rec. d. 6 Maii cogn. *Euergetes.*

980. D. Ambroſ. RAU, prof. doctrin. Cameral. in Academ. Wirceb. rec. d. 6 Maii cogn. *Iſidorus.*

981.

Ordo
receptionis.

981. D. Carol. Frid. Phil. MARTIUS, acad. reg. ſcient. Monac. adjunct. rec. d. 12 Mai. cogn. *Callisthenes.*

982. D. Christ. Ern. de WENDT, in pot. Bavar. Reg. cur. provocation. juridicar. et in judicio cauſar. cambial. mercantiliumque ſuprem. ſenat. rec. d. 20 Jul. cogn. *Pericles.*

983. Franciscus de PAULA de SCHRANK, D. Theologiae, eques Meritor. Ordinis Civ. Coronae Bavar., pot. Reg. Bavar. a Conſil. eccleſiaſt., prof. et Acad. Regiae ſcientiarum Monacenſ. ſod. rec. d. 20 Jul. cogn. *Plinius.*

984. D. Phil. Franc. de WALTHER, Ord. Meritor. Civ. Coronae Bav. eques, pot. Reg. Bavar. a conſil. med., in Acad. Landshut. director. inſtit. clinic. et prof. rec. d. 24 Jul. cogn. *Podalirius II.*

985. Sigism. Car. von STEIN zum ALTENSTEIN, pot. et aug. Reg. Boruſſ. Conſil. intim. ſuprem. in reb. reditus Regios ſpectantibus rel. rec. d. 26 Aug. cogn. *Iſocrates II.*

986. D. Dieter. Georg. KIESER, med. prof. in celeberr. univerſ. Jenenſ. p. o., pot. et aug. reg. Boruſſ. a Conſil. aul., Seren. duc. Vimar. in re med. a Conſil., ſoc. Reg. Bat. ſcient. Harlem., phyſ. med. Erl., hiſt. nat. Gotting. et Hall., phytogr. Gorenk., Magn. Duc. Vim. miner. Jen. ſod. ord., Reg. ſoc. ſcient. Gotting. correſp. rec. d. 28 Dec. cogn. *Scheuchzerus.*

987. D. Car. Guil. Guſt. KASTNER, Phyſ. et Chem. in Univ. litt. Halenſ. p. p. o., Reg. ſoc. ſcient. Gotting., ſoc. nat. ſcrut. Berol. et Jen., miner. Jen., bot. Altenb., phyſ. med. Erl., hiſt. natur. Wetterav. et Hall., bot. Ratisb., nat. ſcrut. et Medic. ac Chirurg. litter. mut. junc-

torr.

torr., tum medico - chirurg. pag. Turic., ſcientt. Gorlic. Luſ. ſup. ſod. rec. d. 28 Dec. cogn. *Paracelſus.*

988. D. Andr. LAUBREIS, judic. provinc. Mainbernheim. Med. pract. rec. d. 28 Dec. cogn. *Mundinus.*

Anno 1817.

989. D. Frid. Car. de LOE, pot. Regis Bavar. Archiater, Ord. Meritor. Civ. Coronae Bavar. eques rec. d. 15 Mart. cogn. *Aeſculapius Evergetes.*

990. D. Bernh. Gottlob SCHREGER, Medic. Chirurg. et Artis Obſtetriciae in Alma acad. Friderico Alexandr. p. p. o., fundat. et direct. inſt. clinic. chirurg. rec. d. 17 Jun. cogn. *Hildanus III.*

991. D. Joann. Nepom. BERGER, prof. artis Obſtetr. in ſchola Reg. Monac medic. rec. d. 23 Jun. cogn. *Soranus Bojus.*

992. D. Aloyſ. de WINTER, pot. Reg. Bavar. a conſiliis Med. ſuperiorib., proto - Chirurg. Ordinisque Meritor. Cor. Bav. civ. eques rec. d. 23 Jun. cogn. *Chiron Soter.*

MEMORIAE

PERILLUSTRIS ACADEMIAE NAT. CUR.

PRAESIDIS

HENRICI FRIDERICI

NOBILIS DE DELII

NAT. D. VIII. JUL. A. C. MDCCXX, OBIIT D. XXII. OCT. MDCCXCI.

Si vita hominum doctissimorum, in quocumque litterarum genere excelluerint, praecipue eorum, qui longum annorum spatium emensi, nec umquam otiosi, sive litterarum honori atque incremento sive humani generis saluti inservientes profuerunt, haud exigua pars est historiae litterariae, et optima saepe praebet disciplinae, ordinis ac prudentiae praecepta, nec non junioribus viam quasi patefacit ad adyta Musarum tutius faciliusque investiganda atque reperienda, et scopulos quosdam feliciter evitandos: vita sane *Delii*, inprimis illustrabit historiam artis medicae recentiorem. Idem omnibus Medicinae cultoribus erit exemplum, quod in addiscendis et exercendis doctrinis suis sibi ad imitationem proponant. Nulla enim pars est artis medicae et subsidiorum, ad illam rite parandam necessariorum, quam ille non arripuerit, aut etiam imbiberit et per varia temporis intervalla in nostra litterarum universitate professus sit, aut in scriptis tam majoris quam minoris molis modo adtigerit, modo uberius exposuerit. Quasdam partes vel novis auxit inventis, vel clarius et luculentius explicuit. Domicilium vero ingenii studiique fixisse videtur in arte chemica, quam in nostra universitate nisi primus

---

Quae hic leguntur, separatim sunt edita post Delii nostri mortem ad celebrandam ejus memoriam, inscripto Titulo Programmati: *Memoriam Perillustris dum viveret atque experientissimi Henrici Friderici Delii, sacri Romani Imperii nobilis academiae imperialis naturae curiosorum praesidis consil. aul. archiat. et comit. palat. caesarei consiliarii intimi aulici Brandenburgici, medicinae doctoris et in acad. Friderico Alexandrina Professoris primarii academ. doctrinarum imper. petropolitanae Reg. monspel. rhotomag Reg. soc. med. Parisin. Acad. doctrinarum elect. Bavaricae et Batav. Haarlemens. sodalis, Prorector August. Fridericus Pfeiffer, Consiliar. Aulic. et L. L. O. O. Prof. publ. ord. Civibus Academicis commendat. Erlangae, Typis Hilpertianis.* cIↃ IↃ CCLXXXXI.

mus docuerit, ſaltem maxime excoluit, auxit, et ad mortem usque unus tradidit. Atque vita noſtri jam aliquoties eſt deſcripta *). Ab ortu igitur illius auſpicabimur.

Natus eſt Wernigerodae die VIII. Julii 1720. et patrem habuit *Jacobum Delium*, Comitis Stollbergenſis a conſiliis ſacris, et ad aedem Mariae oraculorum divinorum interpretem; matrem autem *Sophiam Eliſabetham*, filiam Chriſtiani Friderici Schützii, verbi divini ad aedem S. Joannis Miniſtri. A genere autem, nobilitatis inſignibus ornato, quod in Holſatia atque Meklenburgenſi ducatu olim poſſedit fundos et praedia, duxit originem. Sed, neſcio, qua de cauſſa? jam a longo tempore ornamenta nomenque nobilitatis, cui multi arroganter inhiant, poſteri depoſuerunt. Atque ultimus hujus gentis, qui ſe nobilem profitebatur, fuit *Lucas de Delien*, artis medicae peritiſſimus et in aula Ducis Meklenburgo-Schwerinenſis medicus inſignis. A multis autem annis quod majores b. noſtri Delii ſacra adminiſtrarunt, hic adoleſcens illorum exemplis invitatus etiam animum adpulerat ad ſacrarum doctrinarum ſtudium. Puer adhuc ſexennis patriae ſcholae nomen dedit, atque eo meliores progreſſus in litteris, puerili aetati aptis, facere potuit, cum propter naturae bonitatem, tum inprimis, quod ejus avunculi *Euſtaſius Fridericus* atque *Henricus Carolus Schützii*, quorum prior Rectoris, poſterior autem Conrectoris muneribus fungebantur, in ingenio neceſſarii ſui

*) In *D. Frid. Boerneri* Nachrichten von den vornehmſten Lebensumſtänden und Schriften jetztlebender berühmter Aerzte, vol. I. decur. I. pag. 52. ſqq. cum ſupplem. pag. 392. et pag. 908. tum vol. II. pag. 422. et 739. ſqq. et vol. III. pag. 569 atque part. V. a cel. *Baldingero* continuata pag. 635. ſqq. in *Denina* Pruſſe literaire, in *Eckarti* litterariſchen Handbuch, part. II. pag. 95., paſſim in *Halleri* biblioth. anatom. chirurg. et botanica, dein fuſius expoſita eſt in cl. *Andreae Meyeri* biographiſchen und litterariſchen Nachrichten von den Schriftſtellern, die gegenwärtig in den Fürſtenthümern Anſpach und Bayreuth leben, part. I. Erlangae 1782. 8. pag. 33 — 66.

ſui formando poliendoque omnem curam atque diligentiam poſuerunt. Atque noſter per omnem vitam utriusque diſciplinam atque amorem celebrabat. Quia autem noſter ſacris doctrinis ſe conſecraturus erat: linguas veteres litterasque elegantiores acriori diligentia addiſcebat, quam multi Themidos aut Aeſculapii cultores, ad lucrandum tantum panem neceſſarias, quae ſibi ſcilicet videntur, litteras tractantes peſſimo et tam ſibi ipſis quam doctrinis noxio conſilio facere ſolent. Quaſi vero interior litterarum antiquarum et artium bonarum ſcientia non valeat ad ingenium excolendum et judicium acuendum, nec viam muniat, ad ſeveriores doctrinas et melius et citius intelligendas. At quantum utilitatis maturior rectaque et adſidua cognitio illarum, quae, natura adjuvante, optima ſunt praeſidia ad quodlibet doctrinarum, quas perperam vocant altiores, ſtudium, etiam adferat ſive juris ſive artis medicae ſtudioſis, exempla teſtimoniaque ſummorum atque innumerorum fere virorum, et ipſa litterarum conditio atque cognatio comprobant. Atque ipſe *Delius* noſter, poſteaquam Aeſculapii caſtra ſequi coeperat, praeſtantiam atque neceſſitatem illarum probe ſenſit ſuoque exemplo oſtendit: quamquam poſtea, praeſertim aetate ingraveſcente, propter occupationes graviores linguae latinae culturam neglexiſſe videtur. Anno autem aetatis ſuae decimo ſexto coepit aliquos libros medicos legere. Qui quum ipſi mire placuiſſent, actutum conſilium mutare et arti ſalutari unice operari ſecum conſtituit. Silvae autem Hercyniae vicinitas eum incitavit, ad arcana naturae perſcrutanda et naturae hiſtoriam, qua ſenex adhuc delectabatur, perdiſcendam. Haud multo poſt maturus quidem videbatur, qui ſcholis intereſſet academicis: at prudens pater, conſilio forſan adſinium ſuorum confirmatus, noluit feſtinare, probe intelligens, quam facile adoleſcentia poſſit abduci ad dumeta atque illecebras noxias, quam inpar illa plerumque ſit, ſibimet ipſi moderandae, et quam verum illud, uſus non venit ante annos. Atqui illos, qui veluti nimis levis armaturae velites ad caſtra muſarum aca-

de-

demicarum convolant, raro legitime et ſevere exercitatos riteque neceſſariis artibus inſtructos ea relinquere, experientia docet quotidiana. At, quod quidem noſtro admodum fuit utile fauſtumque, contigit anno noſtri ſaeculi XXXVIII, ut Chriſtianus VI. rex Danorum Altonae Gymnaſium novum academicum, quod ſemper abundavit viris doctis, conderet, eoque *Euſtaſium Frider. Schütze*, qui novum inſtitutum moderaretur, atque litteras doceret ſacras, evocaret. Hac occaſione commoda oblata, noſter, parentibus conſentientibus, avunculum ſuum eo comitatus ibique adhuc per integrum biennium litterarum cauſſa verſatus eſt: quod quidem illi multo fuit ſalubrius, quam ſi antea abitum maturaſſet ad quamdam litterarum univerſitatem. Ibi enim audivit avunculum ſuum doctrinam ſacram explicantem; *Meykium* in jure naturae atque hiſtoria, et *Profium* in Matheſi ac philoſophia addiſcendis ſectatus eſt. *Scholzio* uſus eſt praeceptore ad majorem litterarum elegantiorum culturam. Quarum quidem tanto amore captus eſt, ut non ſolum iuvenis in lingua vernacula multa ſcriberet et ſoluto et ligato genere; ſed ſenex adhuc lectione poetarum et aliorum ingenioſe ſententioſeque ſcriptorum delectaretur. Hinc, quum princeps juventutis, qui tum erat regni Danici heres, Altonam veniret et Gymnaſium ſua ornaret praeſentia: Delius aptus eſt viſus, qui carmine illius diei honorem et feſtivitatem celebraret, idque nomine ſuorum commilitonum offerret Principi. Poſthaec alia, de quibus infra commodior erit dicendi locus, edidit carmina et commentationes theodiſce ſcriptas, quae et amorem et peritiam artium bonarum abunde teſtantur. In eodem tamen Gymnaſio noſtro inprimis opportuna grataque fuit diſciplina *D. Materni de Cilano*, poliatri Altonavenſis et phyſices ac medicinae Profeſſoris. Hoc duce initia phyſices, phyſiologiae ac pathologiae percepit, et in ſectione duorum cadaverum humanorum naturam et conſtitutionem corporis humani cognoſcere coepit. His doctrinis ampliſſimisque praeſidiis bene munitus, antea quam Altonam reliquit, diligentiae edidit

ſpeci-

ſpecimen tum diſſertatione de corruptelis artem medicam hodie depravantibus, ſub praeſidio *Materni de Cilano* 1740. ventilata, tum in conſcribendis theſibus phyſicis, anatomicis, phyſiologicis, ſingulis philyris impreſſis. Halae Saxonum, quo ad diſciplinam ſuam perficiendam a. XL hujus ſaeculi ſe contulit, et cujus univerſitas tum fama atque auctoritate ſummorum medicorum cum maxime floruit, praeeuntibus *Wolfio* et *Meiero* philoſophiam, et *Krügero* matheſin atque phyſicam magis excoluit ſibique reddidit quaſi familiarem. In ſcholis *Caſſebohmii* corporum humanorum ſectionem continuavit, et praeeunte *Schulzio* artem didicit botanicam: reliquas artis medicae partes et chemiam docuerunt illum *Hoffmannus*, *Alberti* et *Junkerus*. Quoniam vero amorem litterarum amoeniorum etiam inter ſeveriores occupationes numquam depoſuit, a. XLII. ſocietati germanicae Halenſi nomen dedit. Ut majorem corporis humani cognitionem uſu cultroque frequentiore ſibi pararet, artemque chirurgicam, medico inprimis neceſſariam, addiſceret, Berolinum abiit a. XLII. ibique optimam ſitis ſedandae invenit opportunitatem, *Budaeo* atque *Caſſebohmio*, quorum amorem et diſciplinam ſemper laudabat, inprimis gratus et jucundus. Ipſe igitur crebro ſecuit corpora humana: praeterea curſum, quem vocant, anatomicum abſolvit, ſex habitis praelectionibus. *Schaarſchmidius* eum non ſolum docuit medicamentorum uſum, ſed et in regio inſtituto, quod noſocomium caritatis vocant, ad curationes chirurgicas dextre faciendas duxit. Eandem ſcientiam in cadaveribus monſtravit illi *Pallas*. Sic probe eruditus et praeſidiis ad utilitatem hominum et nominis famam egregiis inſtructus abiit Berolino, et poſtquam inviſerat univerſitates Lipſienſem atque Helmſtadienſem, et quae Hercynius habet ſaltus notatu digna, ad ſuos a. 1743. rediit. Eodem tamen anno Halam revertit ad ſummos in arte medica honores conſequendos. Quibus ornatus in patria ſua coepit artem ſalutarem exercere, atque, quod felices eventus optatis atque exſpectationi aegrotorum reſpondebant, brevi magnam nactus eſt famam.

Ho-

Horas, quae ipſi ſupererant a cura aegrotorum, impendebat vel uberiori cognitioni atque collectioni rerum, quae ipſius patria proferre ſolet, naturalium atque rariorum, vel commentariis de rebus medicis conficiendis et difficilioribus morbis, quos curaverat, diligentius deſcribendis. Ex hac adſidua prudentique conſuetudine enata ſunt varia ſcripta, praecipue *Amoenitatum medicarum circa caſus medico - practicos haud vulgares, decades quinque*, Lipſiae 1745 et 1747. 8. His autem praeclaris aliisque operibus factum eſt, ut fama *Delii* non anguſtis patriae finibus contineretur. Nam *Supervillius*, de noſtra litterarum univerſitate immortaliter meritus, cognita *Delii* eruditione, ſua, qua tum maxime in aula Baruthina valuit, auctoritate atque commendatione effecit, ut Baruthum nomine medici aulici et adjuncti provincialis phyſici a. 1747. noſter evocaretur, quo etiam ſedem fortunarum ſuarum transtulit. Anno autem ſequenti in academia naturae curioſorum, (quam poſtea egregie ornavit, et tandem moderatus eſt,) Democedes ſecundus cognominatus locum obtinuit. Neque tamen diu Baruthi manſit: nam ineunte anno 1749 ſereniſſimus Princeps ei in noſtro Muſarum domicilio locum quietum in ordine Medicorum adſignavit. Quam novam provinciam eodem anno auſpicatus eſt. Neque vero ea de cauſſa, ſicuti *Boernerus* in *Nachrichten* etc. tom. I. pag. 908. ſcripſerat, huc translocatus eſt, ne quis in hac univerſitate deeſſet, qui artem ſalutarem ſecundum praecepta Stahliana profiteretur. *Delius* quidem margini ſui exemplaris adnotarat, id falſum eſſe, et Boernerum cujusdam narratione deceptum rem non ſatis intellexiſſe; e contrario Supervillium ſaepius illi, Baruthum venienti et penitius cognito, dixiſſe, ſe, ſi prius eum habuiſſet, locum illi dediſſe in univerſitate Erlangenſi: quod quidem etiam mox evenit. Ab eo tempore *Delius* pars corporis academici usque ad obitum manſit, et tam docendo, quam ſcribendo famam ſuam non minus quam noſtrae litterarum univerſitatis eximie illuſtravit. Neque defuerunt honores et praemia eruditionis, diligentiae et, quae inſignia

mul-

multaque fuerunt, meritorum. Poſt abitum illuſtris *Schmidelii*, cujus nomen univerſo orbi gratum ſemper erit et jucundum, primus in ordine medico locus illi obtigit: a. 1752. honore conſiliarii aulici et a. 1775. praeter ipſius exſpectationem nomine conſiliarii aulici intimi eſt mactatus. Poſtea quam a multis annis ob infirmitatem Bayeri curam academiae curioſorum geſſerat, poſt illius mortem 1788 praeſes illius dictus omnia, quae imperator Leopoldus moderatori academiae tribuerat, inſignia et privilegia, nempe nobilitatem imperii germanici, nomen Caeſarei conſiliarii et medici atque Comitis Palatini eſt adeptus. Atque qua Comes Palatinus quemdam virum doctum Magiſtrum artium liberalium per diploma declaravit. Inſuper plures ſocietates litterariae, Monſpellienſis, Rotomagenſis, Bavarica, Pariſina medicorum et Petroburgenſis aliaeque eum cooptarunt.

Prius autem, quam reliqua, quae dicenda ſuperſint, perſequar, de vita ejus domeſtica pauca inferam. Anno LII. ſaeculi XVIII. Suinofurti vinculo matrimonii ſecum junxit honeſtiſſimam virginem, natam *Beſſerer*, omnibus, quae ſexum ſequiorem ornare poſſunt, virtutibus praeſtantem. Neque fide, prudentia, cura mariti reique domeſticae, conſtantia amoris et concordiae meliorem conjugem ne cogitatione quidem ſibi fingere et deligere potuerat. Ex matrona illa eximia, quacum ad ultima vitae fata in ſumma vixit concordia, quinque vidit liberos ſibi natos, tres filiolos, in prima aetate jam defunctos, et duas filias. Illarum natu major in manus venerat *Schotti*, ſuaviſſimi quondam noſtri collegae, cujus maturius defuncti memoria adhuc nobis ſacra eſt et jucunda. Ex hoc felici, at opinione citius morte ſoluto matrimonio vidit beatus nepotem, qui vero poſt XVII diem jam vivere deſiit.

Rerum igitur domeſticarum cura liberatus, ſaltem levatus, omne ſtudium, tempus operamque ponere potuit in amplificandis ornandisque doctrinis,

potiſſimum medicis, et in munere ſuo adminiſtrando. Tanta vero in eo inerat litterarum ſitis, ut numquam eam poſſet ſatiare, tanta laboris patientia et adſiduitas, ut non in tertiis et ſecundis, ſed in primis conſiſtere et, ſi quid adgrederetur, ad perfectionem quamdam perducere niteretur. Hinc, quum infirmitate et negligentia Beyeri res academiae curioſorum valde eſſent collapſae: noſter, Praeſes illius dictus, tanto labore tantaque contentione ſtuduit priſtinum ſplendorem reſtituere et vero augere, ut curam valetudinis negligeret, nimiaque virium intentione ac laboris pertinacia mortem ſibi acceleraſſe videretur. Atque opera ejus indefeſſa quantum brevi tempore honor et dignitas illius academiae creverit, quot novos eruditos collegas et theſauros litterarios ex diſſitis terris ſuae ſocietati compararit, inter nos conſtat. Quare numquam otioſus, non delectabatur deliciis, quae ſcilicet habentur, rerum humanarum, ſaepe frivolarum; non ludebat aut perdebat irreparabile tempus nugis et ineptiis: ſed lubentiſſime delituit in muſeo, legendis aut conſcribendis libris occupatus, aut in officina ſua chemica, quod laboratorium vocant. Neque tamen omnem fugit ſocietatem humanam, immo vero, quoad reliqua permiſerunt officia, lubenter intererat honeſtis oblectationibus, et ſuis colloquiis exhilarabat amicos. Quamdiu aetatis et valetudinis ratio permiſit, ultra primam horam matutinam intentus eſſe ſolebat litterarum ſtudio. Atque, quum ſenectute ingraveſcente viribusque corporis multis vigiliis laboribusque debilitatis, non amplius ſeras nocturnas horas lectioni et meditationi tam acriter poſſet conſecrare: poſt coenam lubenter et plerumque ad mediam usque noctem audiebat filias ſuas libros varii, potiſſimum poetici aut arguti ingenioſique, argumenti germanicos praelegentes. Honori famaeque univerſitatis unice vacabat, nec pauca illi parabat ornamenta atque commoda. Atque eum aliquoties dicere memini, ſe eſſe profeſſorem conſtitutum, et ſibi eſſe demandatum munus, ut legendo, docendo ſcribendoque inſerviret honori univerſitatis et ſtudioſorum utilitati:

quod

quod etiam ſedulo et utiliter praeſtitit. Quapropter quamvis in morbis etiam difficillimis curandis ſumma uteretur felicitate, ideoque a multis, tam indigenis quam peregrinis, etiam Principibus adhiberetur atque advocaretur, et a collegis ordinis ſui, rebus paene deſperatis, conſuleretur atque ad aegrotos graviter decumbentes invitaretur ſimul inviſendos: tamen, ne a cura rerum academicarum librorumque amore abſtraheretur, noluit unice vacare morborum curationi. Hinc rarius, qnam aegrotis gratum erat, et interdum tum demum, ſi jam conclamatum videretur, accedebat ad lectos illorum. Lubenter tamen dabat conſilia, ordinabat, et, ſi opus videbatur, praeſcribebat remedia: ſed more ſui Hippocratis amabat ſimpliciſſima, et, quamdiu per rationem aut vim morbi fieri poterat, vulgaria et domeſtica. A divo Marggravio Friderico, ejusque ſereniſſima familia et ſucceſſore divo Friderico Chriſtiano conſilium Delii noſtri ſaepe expetebatur, atque a. 1762 ſub initium veris, quum febri periculoſiſſima laborans vix faucibus mortis ereptus eſſet, juſſus eſt familiam Friderici ſereniſſimam ad thermas Aquisgranenſes et fontem Tungrorum (Spaa) comitari ſuisque illi conſiliis adeſſe. Quum vero aliquot menſes peregre abeſſet, nec id, in quod inciderat, vitae diſcrimen aliis eſſet incognitum, rumor ortus eſt, eum vita deceſſiſſe. Atque cel. *Baldingerus* in continuatione Boernerianarum narrationum pag. 639. illius mortem cum ſignificatione doloris adnunciarat. At Delius margini exemplaris ſui adſcripſit: *ita ego vivus lego meam orationem funebrem*, et in actis noſtris litterariis a. 1765. plag. 2. pag. 11., ubi notitiam Baldingeriani opuſculi dedit, cauſſam illius rumoris falſi aperuit. Atque ab eo tempore usque ad ultimum vitae halitum laboribus varii generis erat occupatiſſimus. Ter functus eſt Prorectoris munere, quod quidem, ipſi turbulentum, non amplius ſuſcepit; trigeſies vero provinciam Decani in ordine ſuo adminiſtravit, atque per id temporis centum et ſeptem Aeſculapii cultoribus ſummos in ſua arte tribuit honores. Per plures annos ſumma cum fide et alacritate

cum

cum ſociis tum perſonam ſcholarchae Gymnaſii noſtri ſuſtinuit, tum politiam urbis noſtrae curavit. Quia autem acciderat, ut poſt abitum ill. *Schmidelii* a die XIV Aug. 1763 per integrum fere annum ſolus eſſet, diu autem in ſuo ordine unum tantum haberet collegam: praeter artem botanicam omnes reliquas doctrinarum medicarum partes per temporis intervalla ſedulo dextreque tradidit auditoribus. Hinc et quoniam temporis erat parciſſimus, et perpetuo intentus lectioni ac meditationi, ex omni Medicinae ambitu collegit obſervationes et multa ſcripſit, haud paucas emendavit diſciplinae ſuae partes, quaedam nova excogitavit. Tanta vero eſt librorum majoris minorisque molis copia, ut omnium enumerationem plagulae noſtrae non caperent. Neque illorum recenſio hic neceſſaria eſſe videtur. Nam in *Boerneri Baldingerique* narrationibus de medicis, in *Meuſelii* erudita Germania, in cl. *Meyeri* notitia eruditorum Onoldinorum ac Baruthinorum et ab ipſo b. *Delio* in peculiari plagula ſinguli ſunt indicati. Paucos tantum memorabo, qui, quantus in omni artis medicae et ſcientiae naturae genere fuerit, et quam utiliter in juventute praeſertim litteras amoeniores conjunxerit cum ſeverioribus, abunde demonſtrant, ac b. viro in primis conciliarunt famam atque auctoritatem nominis. Miſſis, de quibus ſupra ſermo fuit, amoenitatibus medicis, ſymbolas contulit ad opuſcula ſerii et jocoſi argumenti, *Beluſtigungen des Verſtandes und Witzes*, quae Lipſiae prodierunt, et ſuo tempore in ſumma fuerunt exiſtimatione, tum ad librum lectu adhuc jucundum, qui in noſtra urbe lucem adſpexit, *Verſuche in den Werken des Geſchmacks.* Priſtinum doctrinarum ſacrarum amorem teſtatur commentatio: *Prüfung einiger Stellen aus den LXX Dollmetſchern, worinnen die Auferſtehung der Aerzte geläugnet wird.* Halae 1746. 8. quam quidem, (teſte Boernero, vol. 1. pag. 59.) neſcio quis? ſequenti anno refutandam ſuſcepit. *Delium* omnia circumſpexiſſe et perſcrutatum eſſe, quaecumque ad amplificandam ſive artem medicam, ſive hiſtoriam illius litterariam, quam amabat, et ſaepius expoſuit

au-

auditoribus ſuis, facerent, patet ex illo: *Entwurf einer Erläuterung der teutſchen Geſetze, beſonders der Reichsabſchiede, aus der Arzneygelahrheit und Naturlehre*, Erlangae et Lipſiae 1753. 4. In opere, quod curavit noſter et omne tulit punctum, *Fränkiſche Sammlungen von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrheit, Oeconomie und den damit verwandten Wiſſenſchaften*, Noribergae 1755 — 1768. 8. VIII. tom. permultae reperiuntur commentationes, quae *Delium* habuerunt auctorem et ad explicandas omnes illas pertinent diſciplinas, quae in inſcriptione operis memorantur. In actis naturae curioſorum magnus eſt obſervationum, a Delio factarum, numerus, et in Erlangenſibus actis, (*gelehrten Anzeigen*, 4.) ab a. 1749 — 1752. de multis rebus ad naturae et medicinae ſcientiam ſpectantibus diſſeruit. In Ephemeridibus litter. Erlangens. ab ejus adventu usque ad mortem innumerae ſunt librorum, praecipue medicorum, cenſurae, ab illo conſcriptae. Atque per annos multos de libris, quae ad univerſam pertinent ſcientiam medicam, ſolus in illis judicavit. Cum Krügero et Hallero de irritabilitate eruditam habuit controverſiam. *Hallerus* enim, poſtquam in Commentariis Gottingenſib. de partibus corporis humani ſenſilibus et irritabilibus ſuam edixerat ſententiam, multos nactus eſt et adverſarios et defenſores, ipſeque *Hallerus* ſuam cauſſam peroravit. Atque in utramque partem diu multumque eſt diſputatum. In ephemeridibus autem litterariis cum Erlangenſibus cum Gottingenſibus aliisque ann. 1752. et ſequentium de ſcriptis eorum, qui illi controverſiae ſe immiſcuerunt, et qui multi fuerunt, diverſa ratione judicatur, et cel. *Baldinger* in continuatione operis Boerneriani in ſupplemento ad vitam Halleri pag. 656 ſqq. hiſtoriam quamdam illius litis compoſuit litterariam. Claſſicum vero propemodum cecinit *Delius* noſter, et magna pars controverſiae facta eſt. Vix enim illi innotuerat *Halleri* ſententia, quum ederet lib. *de irritabilitate, tono, ſenſatione ac motu corporis humani*, Erlangae 1752. 4. ed. II. Bonon. 1759. Ego vero nimis arrogans viderer, ſi ſecundum ul-

lum

lum dirimere auderem controverſiam. Id tantum adnotare juvat, *Boernerum* tom. III. narrationum etc. pag. 369. ſq. cenſere, aequos eruditosque homines in partes Delii noſtri eſſe tranſituros, eumque laudare Commentar. Lipſ. de rebus novis in ſcient. nat. et med. vol. III pag. 98 ſqq. et *Vogelii* bibl. medic. part. XI. pag. 43 ſqq. Nos quoque meminimus, *Delium* aliquando dicere, Hallerum, quod ultimae illius explicationi non reſpondit, eo veluti manum dediſſe victam: quamquam haec argumentandi ratio non ſemper valet ad certam victoriae fidem. Namque aliae ſilentii intermiſſaeque controverſiae cauſſae ſubeſſe poſſunt. Enimvero alii rei peritiores judicent.

Delius vero noſter, ut jam ſupra memoravi, ingenii et eruditionis domicilium in arte chemica poſuiſſe videtur, atque eruditi ejus praeclara in illam merita valde celebrant. Praeter multas alias commentationes ac disputationes, in quibus ſua experimenta, obſervationes inventaque palam fecit, hic memorare, i. e. laudare praeſtat: et ablego rei cupidos ad *Meieri* vitas etc.

Vorläufige Nachricht von dem Sale aperitivo Fridericiano, oder eröffnenden Friedrichsſalze. Hildburghauſae 1767. 8. et ſaepius, quae narratio etiam in linguam Hollandicam a F. C. M. Hagae Comitum 1777. eſt converſa.

Nachricht von dem Geſundbrunnen bey Sichersreuth ohnweit Wonſiedel, nebſt einer Anzeige der Brandenburgiſchen Geſundbrunnen und Bäder. Baruthi 1774. 8.

Unterſuchung und Beſtimmung der Beſtandtheile, Wirkungen und Nutzens des Geſundbrunnen bey Hofgeismar, (quae commentatio in concertatione litteraria praemium reportavit,) Caſellis 1772. 8. cum tabb. aeneis.

Nachricht von dem Wildbade bey Burgbernheim. Baruthi 1775. 8.

Vom Preuſſiſchen Blau und der Blutlauge. Erlangae 1778. 8. et alia ejusmodi generis.

Haec ſufficiant ad inſignem *Delii* ſcientiam, qua valuit in arte chemica, et utilitatem, quam humano generi praeſtitit, demonſtrandam atque teſtificandam.

In

In tribuendo vero corporis habitu talem expertus eſt Naturam, qualem nec nimis prodigam nec parciorem juſto dixeris. Tantum enim abeſt, ut aut inſignis proceritas, aut membra toroſa athleticum quoddam robur, aut ferream ſanitatem indigitarent, ut potius eam conjicere liceret temperiem, quae ſaltem a levioribus facile cauſſis laedi poſſet, quamve caeterum veteres, forte non male, melancholico cholericam dixiſſent. Verum ſapienter Vir beatus, a prima juventute temperantiae ſtudioſiſſimus, ſic ab omnibus rebus, ſanitati obſuturis, ſibi cavit, ut et juvenilem et virilem aetatem, a graviori aut ſontico morbo immunis transigeret, nec eousque ex aſſiduo in litteras fervore, laborumque onere detrimenti quid perciperet, licet et conſueto patriae ſuae victu paulo duriore ſat frequenter uteretur. Differre quidem ſic, at non auferre potuit annorum injurias, quibus tandem, ut ipſe dictitare conſueverat, ſe, aliis inſerviendo conſumi, ſenſim experiri inciperet. Licet enim Viro Celeberrimo nil quidquam aut de ingenii acumine, aut de conſueta in obeundis laboribus alacritate, decederet, eo tamen magis labeſcere vires corporis, increſcere fragilitatem ſenſit, quo propius ad ipſum aetatis ſexageſimum annum accederet. Patuit nempe ab eo tempore corpus plurium infirmitatum ingreſſui, vel a leviori ſaltem aëris intemperie inducendarum, pluriesque hiems paulo aſperior diras intulit defluxiones, quas et perſaepe febres catarrhales et exanthemata nunc acuta, nunc ſcorbutica comitabantur, e quibus tamen, ſuae valetudini optime conſulens Vir Optimus, citius modo, modo tardius emerſit, eo magis fere incitato animo ad ſolitas arduas functiones rediens.

Sed anno MDCCXC. media aeſtate ex aedibus collegae cujusdam, quem cum familia ſua convenerat, domum rediturus, quaſi ex debilitate concidit, deque dolore acerbo brachii ſiniſtri, et ramo quodam plexus brachialis adfecto conqueritur, ubi et per plures dies inſigne ecchymoma atrolividum ſubſtitit. Ex quo levioris apoplexiae inſulto ejusque ſequelis debita metho-

do

do liberatus, tamen indies magis labefactis viribus, eo tandem pervenit, ut redeunti apoplexiae insultui crudelissimo succumberet die XXII. Octobr. anni MDCCXCI. Hoc enim die jam ante ortum solis, cum suis, se minus commode noctem transegisse, dixisset, celeriter candelam accendi jubet, obversari enim aliquid menti, quod, ne e memoria evanescat, illico in chartam conjicere velit. Arripit calamum, et in lecto adhuc decumbens super binas perexiguas schedulas litteras pingit, verum manu adeo jam tremula et instabili, ut non nisi difficillime dignosci possent, abrupta quaedam meditationis fragmenta exprimentes: e quibus non male, adfuisse quandam corporis molestiam, sed et sensorium ipsum tanti Viri adeo semper agile, nunc, si non turbatum, saltem et rebus ad scientias spectantibus agitatum vehementer fuisse, conjicere licet. Brevi post e lecto surgit, et de leviori gastrodynia conquerens, cyathum frigidae, quem quotidie hora undecima haurire solebat, jam hora octava haurit, ascendit in museum, audit aegrotum ad eum accedentem, eoque, praescriptis rite formulis medicis, dimisso, paulo post reversus in cubiculum museo vicinum a filia reperitur cubans humi sensuque omni et motu destitutus, neque effecit quidquam Medicorum opera strenue adhibita, quin bihorio post, placide animam exspirans, ad meliorem vitam transiret.

MEMORIAE

PERILLUSTRIS ACADEMIAE NAT. CUR.

PRAESIDIS

IOANNIS CHRISTIANI DANIEL

NOBILIS DE SCHREBER

S.

NAT. D. XVI JAN. A. C. MDCCXXXIX, OBIIT D. X DEC. MDCCCXI.

IOANNES CHRISTIANUS DANIEL
NOBILIS DE SCHREBER

Vir, dum vivebat, *Perillustris* atque *Experientissimus*, *Philosophiae et Medicinae Doctor*, *Professor artis salutaris*, *Botanices*, *Cameralium*, *Oeconomiae et Historiae naturalis publicus ordinarius longe celeberrimus*, *intimus Consiliarius aulicus*, *Academiae naturae curiosorum Praeses et Comes Palatinus*, *multarumque Societatum litterariarum collega*, cuius memoria, quamdiu artes litteraeque florebunt, numquam interibit. Tantam enim plurium litterarum, praesertim earum, quae ad artem usumque botanices atque oeconomiae pertinent, et linguarum copiam atque scientiam vi ingenii atque iudicii, quod acre fuit, diligentia industriaque, quae a iuventute erat indefessa atque incredibilis, et eam universae naturae cognitionem, quae paene fuit infinita, adiutus primis prae-

---

Quae hic repetimus, post obitum beati Viri in lucem edita sunt loco Programmatis, quod inscribitur: *Memoriam Joannis Christiani Danielis Nobilis de Schreber, viri dum viveret perillustris atque experientissimi Philosophiae et Medicinae Doctoris Professoris artis salutaris Doctrinarum Botanicae Cameralium Oeconomiae et Historiae naturalis P. O. longe Celeberrimi intimi Consiliarii Aulici Academiae naturae curiosorum Praesidis et Comitis Palatini multarumque Societatum Litterariarum Collegae, Prorector D. Carolus Henricus Gros, Consiliarius Aulicus Professor Iuris utriusque P. O. Facultatis Iuridicae Adsessor, cum Senatu Academico, commendat Civibus Academicis. Erlangae, Typis Iungeanis* cIↃ IↃ CCC XI.

praecipue aetatis annis opportunitate, quae paucis contingere ſolet, ſibi comparaverat, ut nulli cederet, immo plures, vel in ſingulis tantum partibus excellentes, forſan ſuperaret. Idem chemiae, matheſeos, politiae et univerſae artis medicae fuit peritiſſimus, et eam picturae linearis ſcientiam frequenti ſtudio atque exercitatione acquiſitam habuit, ut non ſolum de formis figurisque ſculptis recte ac ſubtiliter iudicaret, ſed etiam graminum, ad opus ſuum de illis editum neceſſariorum, aliarumque rerum naturalium figuras ipſe deſignaret, et vel minimos errores, ab artifice in illis aeri incidendis commiſſos, ſcite corrigeret. Quare num aliquis reperiatur, qui eam cunctarum, quas ille profeſſus eſt, et ore ſcriptisque curate ſollerterque illuſtravit, artium ac doctrinarum ſcientiam haud levem aeque habeat coniunctam, propemodum erit dubitandum.

Enimvero, ut, qua via praeter dotes animi ad tantam eruditionem nominisque famam pervenerit, penitius intelligamus, eius vitam tam domeſticam quam litterariam, quantum quidem comperimus, enarrare iuvat *). Cunctos tamen majoris minorisque molis libros, quos ille aut edidit aut edendos curavit, quominus laudemus, anguſtiis plagularum prohibemur: plenam tamen illorum notitiam dedit cel. noſter *Meuſel* in opere ſatis noto, *Gelehrtes Teutſchland*, ejusque ſupplementis.

Schre-

*) Ejus vitam meritaque alii quoque jam expoſuerunt: ex. *gr. Andreas Meyer* in: Biographiſche und litteräriſche Nachrichten von den Schriftſtellern, die gegenwärtig in den Fürſtenthümern Ansbach und Bayreuth leben, Erlang. 1782. 8. p. 334. ſqq. Pl. Rev. *Io. Georg. Frid. Papſt* in: Gegenwärtiger Zuſtand der Friedr. Alexanders Univerſität zu Erlangen, Erlang 1791. 8. p. 27. ſqq. p. 36. Cl. *Georg. Wolfgang Auguſtin Fikenſcher* in: Vollſtändige akademiſche Gelehrten - Geſchichte der — Univerſität zu Erlangen, ſect. II. Noribergae 1806. 8. p. 85. ſqq. et plures alii, quos hic nominat.

Schreberus noſter natus eſt Weiſſenſeae in Thuringia d. XVII Januar A. C. CIↃ Ic CC XXXVIIII. patre *D Daniele Gotofredo*, qui tum praefectus ſive adminiſtrator ibi fuerat, et ipſe multis libris famam nominis nactus eſt, atque diſciplina uſuque mature adduxit filium ad amorem et interiorem agriculturae et oeconomiae cognitionem. Mater fuit nata *Iünglingl*, filia D. Iünglingii, conſulis Longoſalienſis, quam vero decimo die poſt partum praematura morte amiſit. Patre cum alia matrimonio juncto, noſter accepit novercam, a qua, et a patre ipſo paullo ſeverius educatus, pertinaciam quamdam per omnem vitam quaſi induit, quae tamen effecit, ut poſtea, quum ſcriptum quoddam publicaturus eſſet, omnia ſollerter colligeret ſobrieque examinaret, tardius laboraret, ſingula curate perpenderet, et, antequam prelo ſubjiceret, diligentiſſime relegeret, ſingulasque dicendi formulas, ſingula vocabula et fere apices ſub examen vocaret, limaque frequenter poliret, ne quid, quod offendere aut aliis quaſi ſubito effuſum, aut minus recte ſcriptum videretur, remaneret. Nec ullo modo ad feſtinandum impelli potuit. Ex his, quum tamen ultra XLVII libros aut proluſiones academicas vel ederet, vel editiones curaret, mira ejus ſedulitas eſt cognoſcenda. Atque in recitationibus academicis eamdem curam, ut ſingula verba veluti ponderaret, adhibuiſſe dicitur. Quo factum eſt, ut nonnulli orationis flumen deſiderarent. Et tamen habuit multos auditores, qui poſtea, ipſi nominis celebritatem conſequuti, Schreberi ſcholis firmiora ſolidioris eruditionis principia et magnam famae ſuae partem grati adtribuerent. Tum etiam poſtulavit a redemtoribus, ut libri, ab ipſo confecti et ſumtu illorum formulis typographicis deſcripti, venuſto externo veſtitu quaſi induti e prelis exirent. Quare numquam potuit commoveri, ut opus quoddam, cujus forma externa typographica ejus voluntati atque exſpectationi non reſponderet, licet aliquoties monitus, continuaret. Sed redeamus ad vitae fatorumque illius enarrationem.

Pa-

Pater, perſpectis egregiis ingenii animique dotibus, filium ſuum non modo ipſe ſuo exemplo et praeceptis erudivit, et mature commiſit fidei aptorum magiſtrorum; ſed etiam A. Chr. clɔ Iɔ ccxlviii. Halam Profeſſor doctrinarum, quam dicunt, Cameralium evocatus, ſecum duxit, ubi ille in Orphanotropheo in addiſcendis litteris humanioribus aliisque juvenili aetati aptis, etiam mathematicis, atque in his duce quodam magiſtro, cujus fidem atque dexteritatem aptamque docendi rationem laudare ſaepius ſueverat, eos fecerat progreſſus, ut haud ita multo poſt civibus academicis adſcriberetur. Atqui non ſolum medicis aliisque neceſſariis, ſed etiam theologicis ſcholis cum fructu laudeque ab anno lviii. usque ad a lx. ſuperioris ſaeculi intererat, ita ut diſputationi, inſcriptae: *Lithographia Halenſis* a. clɔ Iɔ cclviii. ſcribendae, et praeſide *Io. Ioach. Langio* ventilandae jam idoneus eſſet: quam diſputationem auctiorem atque emendatiorem poſtea edidit, praefixa inſcriptione: *Lithographia Halenſis, exhibens lapides circa Halam Saxonum reperiundos ſyſtematice digeſtos, ſecundum claſſes et ordines, genera et ſpecies: praefatus eſt Io. Ioachim Lange*, Halae 1759. maj. 8. cum figg. Eodem anno in lucem prodierunt ejusdem *Novae ſpecies inſectorum*, in 4. cum figg. Atque pater in opus ſuum: *D. Dan. Gottfr. Schreber's Sammlung verſchiedener Schriften, welche in die oeconom. polizey und andere Wiſſenſchaften einſchlagen*, quasdam filii ſui commentationes recepit. Hae autem ſunt in tomo IV. Halae, 1758. maj. 8. nr. III. *Allgemeine Gründe der Düngung*; nr. VII. *Beſchreibung einer beſondern Kalcherde, welche aus Conchylien entſtanden iſt*: in tomo VI. ibid. 1760. nr. IV. *Ein merkwürdiger Schwamm, beſchrieben und gezeichnet*; nr. V. *vom Treſp*; et nr. XVII. *Beſchreibung des Schwadens und zwoer damit verwandter wilden Grasarten.* Ex his jam mature eluxerunt ingenii ſubtilitas et inſignis amor atque ſcientia rerum naturalium. Ad ampliorem autem atque interiorem artis botanicae et univerſae naturae ſcientiam, duce *Carolo a Linné*, qui tum in iſtis litterarum generibus

bus unice fere regnarat, ſibi comparandam, a. cIↃ IↃ CCLX Upſalam profectus eſt, atque non ſolum ex ejus ſcholis, ſed etiam ex frequenti et vero quotidiana conſuetudine, quippe quum et cum Burmanno, Batavo, apud illum quotidie pranderet, et ei aditus ad illum quovis fere tempore pateret, percepit fructum, plenum ad ulteriorem ſolidioremque botanicae artis et univerſae naturae cognitionem. Atque noſter de utiliſſimis hiſce cum Linneo colloquiis cum ſignificatione laeti gratique animi frequenter lubenterque narravit familiaribus. Poſt diſputationem, inſcriptam: *Theſes medicae*, (recuſam in Linnei Amoenitatibus academicis, tom. VI. nr. LIII. Holmiae, 1763) a. LX. ſuperioris ſaeculi praeſide *Linné* habitam, ſupremis in arte medica honoribus decoratus eſt. Tum, relicta Suecia, Büzovium, ubi pater in recenter condita litterarum univerſitate interea provinciam Profeſſoris publici doctrinarum Cameralium adeptus erat, ſe contulit. Hic anno ſequenti et artem medicam exercuit ſcholasque aperuit, et medicus ordinarius in Paedagogio eſt conſtitutus, abſens quoque a Societate regia doctrinarum Holmienſi ſocius eſt cooptatus. Quod vero pater haud multo poſt erat Lipſiam ad profitendas doctrinas camerales evocatus, (ubi ille a. 1778. diem obiit ſupremum;) noſter Berolinum contendit, ad medica, quae ibi vigent, inſtituta interius noſcenda. Illa in urbe Gleditſchii auditor ſedulus fuit in ſcholis botanicis, et frequenter verſatus eſt cum eo aliisque viris doctis, inprimis cum Fritzio, conſiliario aulico et cum Marggravio de Schwedt, qui eum praecipuo honore uſuque dignatus eſt. Tum a. cIↃ IↃ CCLXIIII. Lipſiam abiit, et a ſocietate oeconomica, ibi florente, ejusque nominis fama mota, non ſolum dictus eſt ſocius, ſed etiam, qui ipſi eſſet a litteris, deſignatus, civibusque academicis habuit ſcholas. Inter eos, qui ſcholis ejus botanicis intererant, illoque duce atque interprete in vicinia herbas fruticesque, ſponte natas, quaerebant, praeſertim cum honore nominandus eſt illuſtriſſ. *L. B. de Hardenberg* cum ſuo moderatore comiteque *von Geruin*, con-

conſiliario aulico. Atque vir ille ſummus, quum poſthaec terris Baruthinis adminiſtrandis praefectus eſſet, per quamvis occaſionem, quanti faceret Schreberum, jam noſtrum, teſtificatus eſt. Praeter ea Rex, qui in praeſenti feliciter regnat in Saxonia, quum adhuc eſſet Princeps hereditarius, et Lipſiam veniſſet, recitationes Schreberi in Societate oeconomica praelectas ſua praeſentia illuſtravit. Eodem anno Societas naturae curioſorum eum ſub nomine Theophraſti Ereſii II. et deinceps variis annis Inſtitutum hiſtoricum Gottingenſe atque Societates oeconomicae Utinenſis ac Patavina, phyſico - botanica Florentina, phyſicae Lundenſis, Halenſis, Bruxeliana, Roſtochienſis, ac Berolinenſis, ad inveſtigationem naturae diligentiorem condita, ſociis ſuis adnumerarunt. Pluribus libris jam editis, quum fama nominis atque eruditionis non ſolum in Germania, ſed etiam apud exteros floreret: a D. *Alexandro* Marggravio, auſpicante jure hereditario imperium terrarum Baruthinarum, ſuaeque Friderico - Alexandrinae, paene collapſae, novam veluti vitam atque florem munificentiſſime reddituro, potiſſimum commendante *Schmiedelio*, qui ipſe quondam noſtrae Muſarum ſedis fuerat ornamentum, a. cIↃ IↃ CCLXVIIII. Schrebero in ordine Medicorum tertius locus, et locus quoque in ordine Philoſophorum, praecipue ad artes botanicam, oeconomicam et camerales docendas eſt delatus, addito Conſiliarii aulici honore. Sed antequam abiret Erlangam, menſe Februario anni inſequentis in matrimonium duxit nobiliſſ. *Ioannam Chriſtianam Dorotheam de Schoenfeld*, e Saxonia ortam, foeminam multis egregiis ingenii animique dotibus ornatam, quae vero in praeſenti nobiſcum mariti optimi obitum luget. Ex ea genuit unicam filiolam, quae tamen haud diu fructa eſt vitae aura.

Cum uxore igitur ſub aeſtatis initium a. cIↃ IↃ CCLXX huc profectus et d. XXV. Auguſti oratione ſollemni *de nexu ſcientiarum medicarum cum oecono-*

mi-

micis, praemiſſa proluſione *de phaſco*, maj. 4. *) nova munera auſpicatus eſt. Antea tamen, d. xxv. Jun., ordo philoſophorum eum philoſophiae Doctorem renuntiavit. Tum a. MDCCLXXIII. pro loco obtinendo in ordine Medicorum diſputavit *de plantis verticillatis unilabiatis*, reſpondente *Io. David. Schoepf*, Vonſidelienſi: quae diſputatio aliam in pluribus exemplaribus accepit inſcriptionem: *Plantarum verticillatarum unilabiatarum genera et ſpecies*, cum tab. aeri inciſa, Lipſ. 1774. maj. 4. Eodem anno Hortus botanicus, diu deſideratus, quo tamen hucusque caruerat noſtra litterarum Univerſitas, eo impellente et Schmiedelio urgente, fuit inſtitutus atque inſtructus, ejusque curae commiſſus. Dein an. Chr. MDCCLXXVI. poſt mortem Mülleri nactus eſt provinciam Profeſſoris ordinarii hiſtoriae naturae, et anno ſequenti ſupremam curam muſei rerum naturalium atque artificioſarum, quod huc usque Baruthi ſervatum *Alexander* ſuae Friderico - Alexandrinae donavit, et quod munificentia Principis ſollertiaque Schreberi multis novis auxerunt ornamentis. Hiſce rebus commotus *Schreberus* Erlangae manere maluit, quam alienum ſibi oblatum locum occupare. Neque defuerunt ei praemia, ſalarium academicum auctum, et novi honores. Namque Societas naturae curioſorum eum non modo a. clɔ lɔ CCLXXXVIII. die VIII. Septembris Adjunctum declaravit; ſed etiam d. XXIII. Decembr. a. clɔ lɔ CCXCI. poſt Delii quondam noſtri obitum Praeſidem ſuum conſenſu omnium collegarum, uno excepto, qui iu ſchedula ſibi ipſe illud delegerat dederatque nomen, adoptavit: cui muneri adjuncti eſſe ſolebant honores nobilitatis imperii romani, Comitis Palatini atque Caeſarei conſiliarii et medici peculiaris.

*) Quae etiam in fronte plurium exemplarium inſcripta eſt: *De phaſco obſervationes, quibus hoc genus muſcorum vindicatur atque illuſtratur*; cum tabb. aeri incilis, Lipſiae 1770. maj. 4.

ris. Eodem anno in ordine Medicorum locum obtinuit ſecundum, primum denique a. MLCCXCIII. Tribus annis poſt ipſis m. Martii Kalendis a Rege Boruſſorum, *Friderico Guilelmo* II., additus eſt honor intimi Conſiliarii aulici. Idem quater Prorectoris, Decani autem ordinis medici ab anno CIↃ IↃ CCLXXVI. vicies et ſemel functus eſt muneribus. Inſuper ſingularis ejus eruditionis fama, longe lateque celebrata, diverſis annis illi in permultis ſocietatibus litterariis locum paravit honorificum. Ut brevitatis ſtudioſi omnia paucis comprehendamus, miſſis iis, quas jam laudavimus, ab a. 1786 — 1802. Academia doctrinarum imperialis Petropolitana, (quod ei ipſa foemina Princeps *de Daſchkow* nomine Academiae m. Mart. a. CIↃ IↃ CCXCII. per litteras ſignificavit,) ſocietates doctrinarum regia Londinenſis et Bohemica, Suecica ad bonum rectumque amplificandum, ſive quae dicitur Patriotica, Pariſina tam medica quam ad agriculturam emendandam inſtituta, oeconomicae Florentina, Batava et Gueſtphalica, botanica Ratisbonenſis, Helvetica Medicorum et Chirurgorum, phyſica Hamburgenſis, Linneana Londinenſis, mineralogica Jenenſis, medica Nancyana et phytographica Gorinkenſis eum ſocium per diplomata renuntiarunt. Namque ampliſſimum et frequens litterarum commercium per omnes paene Europae partes, etiam in India utraque et aliis orbis terris cum viris doctis maxime cum naturae cupidis atque inveſtigatoribus exercuit. Hinc magno quidem ſumtu collegit ſibi et Muſeum privatum, rariſſimis rebus naturalibus atque artificioſis refertum, et herbarium, quod et multitudine et raritate herbarum fruticumque paucis aliorum cedere, et forſan plurima hominum privatorum ſuperare dicitur. Inter eos autem, ad quos ſaepe miſerat litteras, cogniti nobis et cum laude numerandi ſunt *Bancks* Eques, *Smith* ac *Solander* in Britannia, ac *Pallas* et *Georgi* in Ruſſia viventes.

Licet litterarum commercio curaeque horti botanici atque muſei academici aliisque negotiis multum temporis eſſet impendendum, isque vel ſolus,

vel

vel cum auditoribus in ſilva montibusque vicinis herbas fruticesque frequentiſſime inveſtigaret atque conquireret: tamen, quod miram ejus induſtriam et adſiduitatem ſatis ſuperque demonſtrat, multos quoque majoris minorisque molis libros, a cell. Meuſelio et Fikenſchero ll. citt. memoratos, edidit aut curavit. Inter hos eminere videntur botanica opera: *Botaniſch - oekonomiſche Abhandlungen vom Grasbau*, Halae 1763. 8. *Icones et deſcriptiones plantarum minus cognitarum*, *Decas* I. ibid. 1766. fol. in primis *Botaniſch - oekonomiſche Beſchreibung der Gräſer*, Lipſ. 1766 — 1780. fol. cum figg. aeneis, in pluribus ſectionibus, quae duo complent volumina, in quibus graminum rationem atque utilitatem uberius atque diligentius, quam Scheuchzerus fecerat, expoſuiſſe dicitur, et in figg. aeri venuſte atque curate inciſis deſcripſit atque illuſtravit, tum opus praeſtantiſſimum, ab omnibus eruditis valde laudatum: *Die Säugthiere in Abbildungen nach der Natur*, *mit Beſchreibungen*, cujus Operis LXII. ſectiones Erlangae 1774 — 1804. 4. iterumque ad majorem emtorum utilitatem plures ſectiones ab a. 1794 — 1805 addita inſcriptione: *Neue monatliche Ausgabe*, prodierunt: pars autem prima a *D. Iac. Frid. Iſenflamm*, quondam noſtro, in linguam gallicam translata et inſcripta: *Hiſtoire naturelle des Quadrupèdes repréſentés d' après nature. Tom. I. l' Homme; le Singe; le Maki; le Chauve - ſouris*, lucem adſpexit, Erlangae 1775. 4. Novam a Gallo quodam faciendam atque elegantiſſimis figg. ornandam verſionem molitus erat operis redemtor; ſed belli triſtiumque temporum acerbitate impeditus eſt, quo minus inceptum perſequeretur. Ultimus ejus labor fuit diligens recognitio emendatioque *Florae Erlangenſis* a cl. *Schweiggero*, diligentiſſimo quondam ejus auditore, qui nunc Univerſitatis litterarum Regiomontanae decus eſt, collectae editaeque, quem librum noſter multis locupletarat acceſſionibus.

Praeter inſignem amplamque variarum artium doctrinarumque et linguarum ſcientiam etiam ab animi vitaeque virtutibus eſt omnino laudandus.

Deum

Deum enim pie coluit, et purae doctrinae ſacrae amorem per quamvis occaſionem ſine omni ſimulatione aut ſuperſtitione aut oſtentatione declaravit. Hinc recentiorum quorundam tam philoſophorum quam theologorum conamina placitaque repudiavit; idemque munificus fuit erga pauperes. In amicis deligendis cautus paucisque familiaris; at fidus et conſtans erga eos, quorum ſinceritatem fidemque penitius cognoverat. Facillime quidem ejus animus commoveri poterat; ſed tantum aberat ab omni iracundia vindictaque, ut potius, quando aliquis vel vultu ſeveriore vel dictis paullo aſperioribus ab ipſo offenſus videbatur, poenitentiam quandam, verbis lenioribus uſus, ſaepe oſtenderet. Ceterum moderatus fuit ac temperans et compoſitae mentis in omni vita, nec minutiis luſuque tempus perdidit. Poſterioribus maxime vitae annis alios rarius convenire, ſed, niſi officii munerumque negotiis avocatus fuerit, intentus aut legendis aut conſcribendis libris epiſtolisve domi ſedere ſolebat. Hanc vitam, ab omnibus magni aeſtimatus, per quadraginta annos apud nos transegit, noſtramque Muſarum ſedem et docendo et ſcribendo ornavit: at tamen nobis pariter atque orbi litterato opinione atque exſpectatione citius ereptus eſt morte. Verum de ultimis vitae diebus morboque, quo ille abſumtus eſt, plenius diligenterque expoſuit Aeſculapius noſter, Perilluſtris atque Experientiſſimus D. *Wendt*, Conſiliarius intimus aulicus et artis ſalutaris P. P. O. celeberrimus, cujus narrationem ſubjicere praeſtat.

Quem omnes boni lugent, immo totus litterarius orbis lugebit, obitus perilluſtris Schreberi, Viri memoriae immortalis, quocum ultra 33. *annos conjunctiſſime et amiciſſime viveram: cujus mortis et morbi cauſas nunc enumeraturus, ad originem hujus redire cogor.*

Cor-

Corpus beate defuncti firmioris quidem compagis erat: adolescentia vero Ejus variis jam premebatur aegritudinibus, heic loci merito reticendis. Quibus tandem profligatis tanta adsiduitate in studium historiae naturalis incubuit et, crebris lucubrationibus, corpus ita labefactavit, ut viscera abdominalia jam tunc temporis debilitarentur et occasionem praeberent frequentioribus cephalalgiis, quae haud raro in vehementes Cephalaeas transierunt.

Crebrae praeterea capitis defluxiones Eum vexarunt, vita scilicet sedentaria, cum nimio corporis exercitio, dum herbas circa urbem nostram crescentes colligeret, subito transmutata. Varia insuper impedimenta, quae Ejus diligentiae, in exercendo munere, sese opponebant, senectuti Ejus, quamvis gravis non fuerit, sensim eam abstulerant viriditatem, qua alii senes, in eadem aetate versantes, interdum frui solent. Ex quo etiam factum est, ut animosior Ejus senectus esset, et, in fragili corpore, odiosior omnis offensio.

Faciei ideo color saepe icteritius erat et pulsus fere semper intermittebat, quod, in corpore apyreto, de circulo sanguinis per abdomen impedito testari solet. Sic quavis hyeme magis magisque debilitatus difficilius tulit autumni hujus anni humido - frigidam tempestatem.

Levior quidem initio fuit catarrhus, nares faucesque obsidens, at quum ineneras ad praelectiones necessarias e frigido museo quotidie depromeret, inevitabile refrigerium pulmones quoque adfecit. Vox rauca facta et respiratio cum sibilo peracta.

Die 3. mensis Decembris, in auxilium vocatus, inveni sedentem in hypocausto, leviter vestitum et febrientem. Serio itaque Eum admonui, ut lectum peteret, quippe quum morbus, a refrigerio ortus, nulla alia ratione tolli possit, nisi tranquilla continentia et modice - diaphoretico regimine.

Promisit quidem se obtemperaturum: nihilominus post meridiem in eodem hypocausto sedentem deprehendi; id quod altero quoque die accidit: pellicea tamen ve-

veste indutum. Nihil itaque omisi, quo Ipsi persuaderem, quam necessarium ad morbum profligandum esset, in lecto versari. Praedixi insuper exitum morbi, nisi consiliis meis aures praeberet benigniores: obsecratus Eum simul, ut amicis aditum concederet, qui excubias facerent et de regimine debito observando Eum iterato admonerent: id quod fortiter recusavit, et, si ab ultimis vitae diebus discesseris, me absente, animo obsequi, non intermisit.

Parcendum interim est memoriae tanti Viri! Quare finem narrationis facio, contentus dixisse, horum omnium nil accidisse vel evenisse, si mens non laeva fuisset, vel potius aestu febrili turbata.

Gravius dein graviusque animam ducere coepit — tristissimum et pessimum in quovis morbo praesagium, — et die 10 mensis Decembris hora quinta pomeridiana jam audita catarrho suffocativo exstinctus est.

Talis fuit finis Viri praestantissimi, celeberrimi, doctissimi! quem quidem meum casum longe gravius ferrem, nisi existimarem, non longinquum inter nos digressum fore et discessum.

FRIDERICH HILDEBRANDT

ADJUNCT DER LEOPOLDINISCH - CAROLINISCHEN ACADEMIE

DER NATURFORSCHER

Geb. d. 5 Jun. 1764. St. d. 23 März 1816.

*Friederich Hildebrandt**) wurde geboren zu Hannover am 5 Junius 1764. Sein Vater, *Johann Georg Hildebrandt*, königl grofsbritt. Leibchirurgus, war nicht allein als ein geſchickter Arzt und Wundarzt, ſondern auch als ein rechtſchaffener und menſchenfreundlicher Mann, allgemein geſchätzt. Seine Mutter, *Johanne Eleonore*, geborne *Hartmann*, ſtarb an der Lungenſucht ein Jahr nach ſeiner Geburt. Seinen Vater verlor er durch die gleiche Krankheit drey Jahre nachher. Er ſelbſt würde, von einer gefährlichen Krankheit befallen, ſeinen Aeltern bald gefolgt ſeyn, wenn nicht die Sorge für ſeine ſchwächliche Geſundheit bald nach dem Tode ſeiner Mutter in die Hände ſeiner Stiefmutter, *Johanne Auguſte Brandes*, gerathen wäre, die ihn mit mütterlicher Treue pflegte und erzog. Ihre zärtliche Liebe zu

*) Dieſe Biographie des edlen Hildebrandts iſt ein hie und da in Kürze gebrachter Abdruck der im Jahr 1816 bey *Palm* in *Erlangen* erſchienenen Schrift: *Friederich Hildebrandt's, der Phyſik und Chemie ordentl. öffentl. Lehrers auf der königl. Baieriſchen Friederichs - Alexanders - Univerſität zu Erlangen, königl. Preuſſiſchen Geh. Hofrathes, der kaiſerl. Leopold. Akademie der Naturforſcher Adjunctes, der königl. Baieriſchen Akademie der Wiſſenſchaften zu München Mitgliedes etc. etc. Leben und letzte Krankheit, von ſeinem Schwiegerſohne, D. Carl Hohnbaum, Herzogl. S. Hildburgh. Hofrathe und Leibmedicus, der kaiſerl. Leopold. Akademie der Naturforſcher, der phyſ. med. Societät in Erlangen, der med. chir. Geſellſchaft des Cantons Bern und der mineralogiſchen zu Jena Mitgliede, nebſt deſſen Bildniß.* 105 S. 8.

zu ihm hatte dabey nur die schlimme Folge, dass sie in den ersten Jahren seines Lebens zu wenig für seine Abhärtung sorgte. Als er anfieng, der mütterlichen Zucht zu entwachsen, wurde sie von einer langwierigen Krankheit nach der andern befallen; er war daher ganz sich selbst überlassen, und genoss eigentlich gar keine Erziehung. Für seinen Körper war das heilsamer, als wenn ihn die mütterliche oder eine ähnliche Erziehung beschränkt hätte. Durch sein beständiges Herumlaufen in freyer Luft in allerley Wetter, wo er sich oft zum Spasse im Platzregen ganz durchnässen und dann das Zeug auf dem Leibe wieder trocknen liess, durch viele kleine Reisen zu Fusse u. s. w. wurde sein schwächlicher und vorher verzärtelter Körper so abgehärtet, dass er in der Folge seines Lebens viele Strapatzen ohne Nachtheil ertrug Aber für seine Seele war der gänzliche Mangel an Aufsicht sehr nachtheilig; so sehr auch seine gute, nur zu kurzsichtige Mutter ihn für ein frommes Kind hielt, so war er doch auf dem Wege, in Trägheit und sittliche Verdorbenheit zu verfallen. Zu seinem Glücke bezog ein junger würdiger Arzt, der damalige Hofmedicus *Mensching* in Hannover, in seinem väterlichen Hause ein Zimmer, gewann ihn lieb, nahm ihn alle Sonntage mit sich nach Seelze, einem Dorfe unweit Hannover, wo der Oheim desselben Prediger war, gab ihm Unterricht in der englischen Sprache und in den Anfangsgründen der Naturgeschichte, und unterhielt sich mit ihm oft über wissenschaftliche Gegenstände. Dadurch bekam er eine andere Richtung; er fieng an über sich selbst nachzudenken, wurde jetzt äusserst fleissig und prägte sich Grundsätze von Tugend und Rechtschaffenheit ein, die ihn in der Folge nie wieder verliessen. Zur Befestigung dieser Grundsätze trug dann der vortreffliche Religionsunterricht des Consistorialraths *Lesemann*, von welchem er confirmirt wurde, sehr viel bey. „Ungeachtet er keine besonderen Anlagen hatte"*), so brach-

*) Eigene Worte des Verewigten.

brachte doch, ſchon ehe er dieſe glückliche Richtung erhielt, ſeine gute natürliche Fähigkeit, geſchwinde zu faſſen, in der Unterweiſung zweyer Hauslehrer ihn ſo weit, daſs er im zwölften Jahre in die oberſte Klaſſe des Gymnaſiums zu Hannover geſetzt werden konnte. Hier genoſs er den vortrefflichen Unterricht des ſeligen Directors *Schumann* und des nachherigen Abts *Sextroh* zu Helmſtädt, damaligen Rectors der Schule. Wie vortheilhaft er ſich ſchon damals ausgezeichnet und in welcher Achtung er bey dieſen ſeinen Lehrern geſtanden habe, zeigt uns ein noch vorhandenes Zeugniſs des genannten Directors *Schumann*, vom Jahre 1780. Es wird darin von ihm unter andern Lobſprüchen geſagt: *Ingenio valet felici, acri, capiendis difficillimis rebus apto, cujus facultatis argumentum habeo indubitatum, quum tredecim adhuc annorum puer ſubtilem geometricam trigonometricamque doctrinam ita perciperet, ut juvenes barbatos ea arte vinceret*; und weiterhin: *inſignis eſt diligentia et ſtudio indefeſſo, quod non calcaribus, ſed freno interdum indigere videtur* u. ſ. w.

In eben dieſem Jahre, als er ſechszehn Jahre alt war, gieng er, weil verſchiedene Umſtände ihn dazu nöthigten, auf die Univerſität zu *Göttingen*, wo er die Arzneykunde ſtudierte. Niemals hatte er Neigung, Arzt zu werden, im Gegentheile eine natürliche Abneigung gegen dieſen Stand. Weit mehr wurde er von dem Soldatenſtand angezogen, wofür er eine gewiſſe Vorliebe noch bis in ſein ſpäteres Alter behalten zu haben ſcheint. Aber theils der Wunſch ſeiner Stiefmutter, theils die Aufmunterung des ſeligen Hofraths *v. Zimmermann*, welcher vom Tode ſeines Vaters an neun Jahre in ſeinem väterlichen Hauſe gewohnt hatte, bewogen ihn dazu. Doch ſtudierte er hauptsächlich Anatomie, Chemie und Phyſiologie, mit dem Wunſche, in einem dieſer Fächer einſt akademiſcher Lehrer, und mit dem Vorſatze, niemals Arzt zu werden. Göttingens groſſe Lehrer mach-

ten

ten ihm jedoch das Studium der Arzneykunde immer angenehmer, und trugen durch ihre Unterſtützung und durch ihren Beyfall nicht wenig zu ſeiner ferneren Ausbildung bey. *Wrisberg* nennt ihn in einem ſchriftlichen Zeugniſſe einen ſeiner vorzüglichen Schüler, der ſich durch ſeltene Talente und Fähigkeiten auszeichne, und von welchem man ſich in der Folge einen über alle Maſsen nützlichen Arzt zu verſprechen habe. Gleich günſtige Zeugniſſe ertheilten ihm auch *Murray*, *Richter* und *Blumenbach*. Uebrigens hatte er während dieſer ſeiner Univerſitätsjahre oft mit Mangel zu kämpfen, und er verſicherte, wenn andere des Mittags zu Tiſche geſeſſen, ſey er mit leerem Magen ſpatzieren gegangen, um ſich ſo den Hunger zu vertreiben.

Nachdem er in drey Jahren die Anfangsgründe der Arzneykunde erlernt hatte, gelangte er am 9 August 1783., als er eben neunzehn Jahre alt geworden, zur Doctorwürde. Seine Diſſertation handelte *de pulmonibus*, und fand in den Göttinger gelehrten Anzeigen den verdienten Beyfall.

Kurz nachher, als er eben im Begriff war, auf Reiſen zu gehen, befiel ihn ein heftiges hitziges Fieber, das, indem er kaum dem Tode entgieng, ſich mit einer Metaſtaſe auf das ganze Aderſyſtem ſeines linken Beins endigte, welches lange Zeit zuvor durch einen Sturz mit dem Pferde geſchwächt worden war. Ehe dieſes Uebel gehoben war, reiſte er durch einen Theil von Teutſchland, dann nach Paris, nachher auch nach Berlin, wo er beſonders des berühmten *Walters* anatomiſche Vorträge und Sammlungen eifrig benützte, hielt ſich an allen dieſen Orten, ſeines Studiums wegen, auf, und verſchlimmerte die Geſchwulſt der Adern ſeines Beins durch das Reiſen, durch das viele Stehen und Gehen in groſſen Städten,

beym

beym Befehen der Bergwerke, Fabriken, Spitäler u. f. w. so sehr, dass sie nachher allen Heilmitteln widerstand. Darauf gieng er im Jahre 1785 nach Göttingen zurück, wo er nur ein halbes Jahr lang Privatlehrer war, und sowohl medicinische als philosophische Vorträge hielt. Zu Michaelis 1785 wurde er als ein noch ganz junger Mann, von dem damals Braunschweig'schen Staatsminister *von Hardenberg*, auf Empfehlung des *Ritters von Zimmermann* in Hannover zum Professor der Anatomie an das anatomisch-chirurgische Institut nach Braunschweig berufen, und nachher daselbst auch zum Assessor des Ober-Sanitäts-Collegiums ernannt. In demselben Jahre verheirathete er sich mit *Sophie Johanne Charlotte Schrader*, welche er in Hannover hatte kennen lernen, und mit welcher er schon drey Jahre zuvor versprochen gewesen war. Da beyde ohne Vermögen waren, so mussten sie ihren kleinen Haushalt mit Schulden anfangen, die jedoch bald nachher bey einer sparsamen und eingeschränkten Lebensweise wieder abgetragen wurden.

Acht Jahre lebte er in Braunschweig in einer angenehmen Lage, ausgenommen seinen beständigen noch nicht befriedigten Wunsch, Lehrer auf einer Akademie zu seyn, und die starke medicinische Praxis, in welche er ganz wider seinen Willen, zuerst nur auf Zimmermanns schriftliche Empfehlung an Kranke, welche mit ihm in Briefwechsel standen, nachher durch seine Bekanntschaften und Verbindungen, weiter gerieth. Dass Zimmermann schon frühe eine sehr günstige Meynung von ihm gehegt haben müsse, spricht ein noch vorhandenes eigenhändiges Zeugniss desselben aus. „Als Knabe und Jüngling", heisst es darinn unter andern, „war er schon alles, was man sich von ihm wünschen konnte, scharfsinnig, vielfassend, äusserst fleissig und von den besten Sitten. Seine Fortschritte in allen Wissenschaften waren äusserst schnell. Er hat mit grossem Lob seiner Lehrer in

Göt-

Göttingen ſtudirt, und ſich dort vortrefflich gebildet. Seine Wiſsbegierde iſt auſſerordentlich groſs, und ich bin überzeugt, daſs er ein ausgezeichnet guter Arzt werden wird"; u. ſ. w. Bis zu ſeinem Tode blieb er ihm mit Liebe zugethan; ſo wie aber auch im Gegentheil der Verewigte das Andenken an dieſen ſeinen väterlichen Freund und Rathgeber nie aus ſeinem Herzen verlohr. Er verſicherte oft, ihm ſein ganzes Glück zu danken zu haben.

Obgleich nun *Hildebrandt* nichts weniger als mit ſeinen damaligen Verhältniſſen in Braunſchweig unzufrieden zu ſeyn Urſache hatte, ſo daſs er vielmehr noch in den ſpäteren Jahren gerne an die dort verlebten Tage, und beſonders an die vielen dort zurückgelaſſenen Freunde zurückdachte, ſo fieng doch ſchon damals ſeine durch die oben erwähnte fieberhafte Krankheit ſchon geſtörte Geſundheit an, immer wankender zu werden. Beſonders machte das beſtändige Stehen und Gehen, welches das Geſchäfte des praktiſchen Arztes in einer groſsen Stadt nothwendig mit ſich bringt, verbunden mit den Beſchwerden einer anatomiſchen Profeſſur, ſein krankes geſchwollenes Bein immer ſchlimmer; dazu kamen kleine äuſſere Verletzungen, ſo daſs öfters Entzündungen uud Geſchwüre entſtanden, und endlich das Uebel den Grad erreichte, an dem er bey der Unmöglichkeit, eine lange Zeit völlige Ruhe zu genieſſen, bis an ſein Ende beſtändig zu leiden hatte. Uebrigens lehrte er in Braunſchweig mit vielem Beyfall, und hatte das Vergnügen, mehrere ſolche Schüler zu haben, welche nachher brauchbare Männer wurden, unter denen auch Die, welche nach ſeinem Abgange zu Profeſſoren am *Collegio Carolino* daſelbſt angeſtellt wurden.

Zu Michaelis 1793 wurde er, nachdem er ſchon einige Jahre lang auch in Braunſchweig Chemie gelehrt hatte, zum Profeſſor der Arz-

Arzneykunde, mit dem Auftrage, hauptſächlich Chemie zu lehren, wieder durch den indeſſen in preuſſiche Dienſte getretenen Staatsminiſter, *Freyherrn von Hardenberg*, nach der Univerſität zu *Erlangen* berufen, und im darauf folgenden Jahre abermals als Profeſſor der Chemie nach *Braunſchweig*. Aber ſowohl die Bitten ſeiner Schüler, die ſogar ſeinetwegen ein Bittſchreiben an den Staatsminiſter von Hardenberg ergehen lieſſen, als die des akademiſchen Senats und die darauf erfolgte Gehaltszulage beſtimmten ihn, in Erlangen zu bleiben. In eben demſelben Jahre wurde ihm auch der Charakter als *Hofrath* beygelegt. Die Fächer, in welchen er bisher zu lehren hatte, waren beſonders Chemie und Phyſiologie. Doch hielt er auſſerdem noch Vorträge über andere Zweige der Heilkunde. Im Jahre 1796 erhielt er, wegen der eigentlich zur philoſophiſchen Facultät gehörenden Chemie, die Beſtellung zum Profeſſor der Philoſophie und namentlich der Chemie, und im Jahre 1799, nach dem Abgang des Hofraths *Mayer* nach Göttingen, noch die zum Profeſſor der Phyſik, nachdem er bey Uebernahme dieſer Stelle auf alle Gehaltsverbeſſerung freywillig Verzicht geleiſtet hatte. Eine ſolche wurde ihm aber noch ſpäterhin im Jahre 1804 zu Theil, und mit ihr die Ertheilung des Charakters eines Geheimenhofrathes und die Zuſicherung eines Wittwengehalts im Falle ſeines früheren Abſterbens. Nun erſt befand er ſich ganz in diejenige Sphäre der Wirkſamkeit verſetzt, in welche er ſich ſchon längſt zuvor gewünſcht hatte, denn obgleich er in allen Fächern des medicinischen Wiſſens gleich bewandert war, ſie mit ausgezeichnetem Beyfall lehrte, und praktiſch ausübte, ſo waren doch Phyſik und Chemie diejenigen Wiſſenſchaften, denen er ſich, durch beſondere Neigung angezogen, vorzüglich hingab. Alles, was ihn an der Erfüllung ſeiner Pflichten als Lehrer hinderte, ihm die Zeit zur noth-

wen-

wendigen Präparation für ſeine Vorleſungen, zum Experimentiren u. ſ. w. raubte, beſonders aber die medicinische Praxis, war ihm im höchſten Grade läſtig, und wo er es vermochte, wich er neuen Verbindungen der Art aus, und ſuchte ſich ältere vom Halſe zu ſchaffen, um nur immer mehr Muſe für ſeine chemiſchen und physikaliſchen Arbeiten zu gewinnen. Inzwiſchen war er ein ſo glücklicher und erfahrner Arzt, und hatte er einmal Kranke übernommen, ſo beſorgte er ſie mit ſolcher Theilnahme und Gewiſſenhaftigkeit, daſs er doch immer wider ſeinen Willen medicinische Praxis bekam, und ſich ſelbſt bis in die letzten Jahre ſeines Lebens nicht ganz davon losmachen konnte. Daraus folgte nun aber eine für ſeine phyſiſchen und geiſtigen Kräfte zu groſſe Anſtrengung, welche in Verbindung mit manchfaltigen häuslichen Sorgen und Verdrieſslichkeiten, unter denen beſonders ein langwieriges Krankenlager und der darauf folgende Tod ſeiner geliebten Frau im Jahre 1806 Erwähnung verdient, ſeine ohnehin ſchon geſchwächte Geſundheit immer mehr untergruben. Bey einer erblichen Anlage zu Lungenkrankheiten, und bey einem ſehr reizbaren, zu heftigen Aufwallungen geneigten Gemüthe, alternirten in ihm öfters gewiſſe Krankheitsumſtände, die entweder in der einen oder der andern dieſer beyden Anlagen begründet waren. Er befand ſich daher ſehr oft in plethoriſchem Zuſtande, und litt beſonders an Congeſtionen nach den Lungen mit Huſten und Dispnöe, oder an eryſipelatöſen Fiebern, die öfters nur mit dem Charakter der *Ephemera* bezeichnet waren, und meiſt mit einer Ablagerung auf ſein krankes Bein endigten. In dem erſteren Falle half er ſich meiſt durch allgemeine Aderläſſen, in dem letzteren durch Brechmittel, weil gewöhnlich eine gallichte Complication ihren Gebrauch erforderlich machte.

Nach

Nach diesem so eben erwähnten Krankheitsfalle befand er sich eine Zeit lang ziemlich wohl, heyrathete noch in demselben Jahre seine zweyte Frau, Maria Apollonia Weigel, und konnte im April des darauf folgenden Jahres 1811. eine Ferienreise von 18 Stunden zu mir, *) der ich damals auf einem Landstädtchen in der Nähe von Hildburghausen wohnte, zu Wagen machen, ohne dass er eben von dieser Reise sehr angegriffen schien. Vielmehr fand ich damals sein Aussehen auffallend besser, als es einige Jahre vorher gewesen war, obgleich er noch immer über Mangel an Nachtruhe, Husten, Durst bey Nacht u. s. w. klagte. Schon nach der Rückreise wurde ihm aber wieder schlimmer, so dass er genöthiget war, seine Zuflucht zu einem Brechmittel zu nehmen, und im May desselben Jahres schrieb er mir: „Ich habe noch immer meinen Husten, doch mit stundenlangen Zwischenzeiten, auch ist mein Bein noch recht schlimm, doch bin ich seit dem Gebrauch des Brechmittels nicht mehr so matt, und befinde mich auch übrigens besser. Das Fahren hatte es nicht gethan, denn dies bekommt mir immer nicht wohl, und ich kam krank und hinfällig hier an, wurde aufs Brechmittel viel besser, und nur durch die folgende kalte Witterung wieder schlimmer. Mein *Status* ist, selbst bey gleichen Symptomen, oft sehr verschieden, bald entzündlich, bald gallicht u. s. w. Jetzt ist er blos katarrhalisch, und neigt sich an der Brust zur *Tussis convulsiva*, am Bein zum *Erysipelas*. Ich thue, Gottlob, alle meine Geschäfte, nur die Patienten, obwohl ihrer jetzt sehr wenig sind, werden mir sehr sauer;" Noch viel besser gieng es im November. „Mein Befinden," schrieb er damals, „hat sich in Vielem sehr gebessert." An meinem Beine ist der Reproductionsprozess wieder eingetreten, so dass ich vorgestern von 2 bis 5 1/2 Uhr nach Nürnberg, und am andern Morgen von

*) Herrn Hofrath *Hohnbaum*.

von 5 1/2 bis 8 1/2 Uhr wieder zurückgehen konnte. Auch bin ich auf der Bruſt beſſer, und ſo kann ich, Gottlob! meine Collegia leſen und darauf zurichten *ſueto more.* Nur der Magen iſt noch krank; ungeachtet des Hungers habe ich allemal zwey Stunden nach jedem Genuſſe Uebelkeit."

Bey weitem ſchlimmer befand er ſich in dem Jahre 1812., wo ihn eine durch Erkältung hinzugekommene Heiſerkeit, die ihm beſonders das Leſen bey ſeinen öffentlichen Vorträgen ſehr erſchwerte, über ſein zukünftiges Schickſal ſehr beſorgt machte. Einem Mann, wie er, dem die treue Erfüllung ſeines Berufs über alles andere gieng, der ſelbſt das Amt eines akademiſchen Lehrers mit ſolcher Liebe, ja man könnte ſagen, mit ſolcher Leidenſchaftlichkeit verwaltete, muſste wohl auch der Gedanke, Invalide zu werden, höchſt beunruhigend ſeyn, und dieſes war wohl auch der hauptſächlichſte Beweggrund, weſshalb er einen, zu damaliger Zeit an ihn ergangenen zweyten Ruf nach Heidelberg (einen früheren vom Jahre 1803. hatte er damals ſchon abgelehnt) nochmals ausſchlug.

(Vom Auguſt dieſes Jahrs an bis zu ſeinem Tode, am 23 März 1816, ſtiegen die Leiden der Krankheit, die ſich bereits gebildet hatte, an Heftigkeit und Frequenz; die freyen Zeiträume ſeines Lebens wurden immer ſeltner und die Erholung in denſelben unvollſtändiger. Alljährlich ein oder ein paar mal ein galliges Fieber mit darauf folgender roſenartiger Entzündung des exulcerirten Beins, groſſe und anhaltende Verdauungsbeſchwerden, heftige, aſthmatiſche Zufälle, welche regelmäſsig morgens gegen 4 Uhr mit ſtarkem Huſten und bräunlichem oder graulichgrünem Schleimauswurf, zuweilen auch mit Auswurf von reinem oder ſtockendem Blute, eintraten, nachdem er ſchon um 2 Uhr, noch ohne merkliche Beſchwerden, erwacht war, — dann gegen Mittag, noch beſtimmter aber Abends gegen 6 Uhr nachlieſſen, wechſelten dergeſtalt mit einander ab,

ab, daſs nur ein Mann von *Hildebrandt's* feſter Seele ihnen Trotz bieten, und ſeinen Berufsgeſchäften ununterbrochen dabey obliegen konnte, obgleich öftere Erkältungen bey chemiſchen Verſuchen ihm ſeine Leiden faſt mit ſichrer Vorausſicht jedesmal wieder verſtärkt herbeyführten, und während mancherley Gemüthsbewegungen unaufhörlich den Heerd ſeiner Krankheit, die leidenden Secretionsorgane des Unterleibes, zu neuen krankhaften Erregungen anfachten. Angina, Zahngeſchwüre, rheumatiſche Leiden der Bruſtmuskeln, liefen mitunter. Zweymal, nämlich im September 1813., und im October 1815., traten heftige Anfälle eines krampfhaften Aſthma ein, die ihn, dem Anſcheine nach, dem Tod ganz nahe brachten. Nur er allein war ſich der Gefahrloſigkeit ſeines Zuſtandes für den gegenwärtigen Augenblick klar bewuſst, und ſchildert in Briefen an ſeinen Herrn Schwiegerſohn, den Herrn *Leibmedicus Hohnbaum* zu *Hildburghauſen*; die freye Thätigkeit, mit der er den Athmungsprozeſs durch Anſtrengung aller Reſpirationsorgane unterhielt, auf eine höchſt eindringende, ja erſchütternde Weiſe. Ueberhaupt ſind die Briefe, in welchen *Hildebrandt* über ſeine Krankheit ſpricht, ſehr lehrreich, voll tiefer Beziehung auf das ſeinen Zufällen zum Grund Liegende, auf ein von dem Auge des Arztes beleuchtetes Innres, das, als ſein eignes, ihm immer durchſichtiger und klärer zu werden ſcheint, je näher er dem Ziele ſeiner Auflöſung rückte. Ungern überſpringen wir dieſe Krankheitsberichte; aber ſie würden hier zu vielen Raum erfordern. — Je nachdem der Charakter der Zufälle bald mehr gaſtriſch, bald entzündlich, bald krampfhaft ſchien, wandte er, meiſt mit ſicherem Urtheil und erwünſchtem Erfolg, Brechmittel, Aderläſſen, Einreibungen in die Bruſt, Blaſenpflaſter u. ſ. w. an. Eine äuſſerſt regelmäſsige Diät, bey gutem Appetit, that das meiſte.

Unter

Adn. Harum ſpecierum ultima a reliquis maxime recedit 1) duratione, 2) colore floris, 3) palis orbicularibus, 4) petalis parallelis obverſe lanceolatis, 5) ad unguem biauriculato - haſtatis, 6) glandulis duabus unguem coronantibus, 7) foliis etiam baſin verſus attenuatis; prima differt ſua pubescentia a reliquis quatuor, caetera ſimilibus, cauleque tereti. Sed tres intermediae ſtirpes aegerrime ab invicem diſtinguuntur, videntur tamen conſtantes. Tertiam olim in horto Landishutano ſub dio ſevi, continuabatque ipſa ſe ipſam quotannis eodem loco ſerere, et ex ſua ſemente propagare, ſed locum illi adſignavi ſatis umbroſum, qui nimis maturam germinationem prohiberet.

GE-

GENUS PULMONARIAE
ILLUSTRATUM.

Pulmonariae genus minime ſpecierum dives ſuis tamen non caret difficultatibus. Ad Aſperifoliarum Raji familiam certe pertinet; ſunt tamen quaedam ſpecies minime aſperae, quod illi cum Cerinthes genere commune eſt. In Aſperifoliarum familia ordinem cum quibusdam aliis generibus conſtituit ſeminibus quatuor nudis, fauceque corollae glandulis fornicibusque acceſſoriis deſtituta diſtinctum a reliquis. Juſſiaeus hunc ordinem praeter genus, de quo ſermo eſt, ex Coldenia, Heliotropio, Echio, Lithoſpermo, Onosma *) conſtituit, plane ad naturae leges, ſi Coldeniam exceperis, quae non ſemina quatuor nuda, quae ope ſtyli communis impraegnentur, ſed capſulas monoſpermas quatuor cum totidem ſtylis habet, ut habitu quidem accedat, characteribus tamen, quos eſſentiales dicimus, prorſus aliena ſit.

Quae hactenus diſputata ſunt, nullam quidem difficultatem habent. Sed difficilius eſt generum diſcrimina certa conſtituere. De Heliotropio quidem atque Echio laborandum non eſt, quum illud ovarium habeat, quod cap-

*) Perperam Recentiores Onosma, onosmatis dicunt; vox graeca eſt Ονοσμη, ης. ἡ

capſulam quadrilocularem tetraſpermam promittit, pereuntibus tamen maturante fructu et diſſepimentis et communi pericarpio; ut ſemina nuda relinquantur; corolla praeterea praeter lobos limbi quinque totidem cum his alternantes denticulos habet. Echium vero corolla campanulata irregulari facillime diſtinguitur, cui characteri alter, qui a calyce quinquepartito deſumitur, etſi priore inferior, ſuffragatur. Lithoſpermum et Onosma non minus inter ſe, quam a Pulmonaria, ſiquidem plantas ipſas inſpicias, facilius diſtinguuntur, quam id fere verbis fieri credi poſſit. Et Lithoſpermo quidem Onosmaeque calyx eſt profunde quinquefidus, ut paſſim quinquepartitus dici debeat et ſaepe fere pentaphyllus videri poſſit, quum Pulmonariae tubuloſus ſit, ſolo apice in quinque dentes, non admodum longos, exciſus; carinis praeterea quinque percurritur, quae prismaticam illi formam conciliant. Corolla in Lithoſpermo infundibuliformis eſt, tubus cylindricus, tota fere ſua longitudine aequabilis, certe ab hac forma quam leviſſime recedens; in Onosma ima baſi contractus, dein ampliatus atque ſpatioſior, quam ut pro ratione magnitudinis, quae in hoc flore obtinet, tubuloſus proprie dici queat, ad campanulatam formam accedens, quemque adeo ventricoſum dicunt, quod minus recte fit. In Pulmonaria denique corolla regularis eſt, infundibuliformis, ut in Heliotropio, ſed limbo erectiusculo, qualis omnino corollae infundibuliformi competit, quum in Heliotropio planus corollam hypocrateriformem efficiat. In pleriſque praeterea ſpeciebus faux, quanquam omnino pervia, pilos tamen habet, in aliis quidem rariores, in aliis denſiores, in aliis in faſciculos quaſi collectos.

Generis ergo character eſſentialis fere hunc in modum conſtrui poteſt:

Pul-

Pulmonaria.

Pentandria Monogynia. Calyx Corollaque libera. Semina quatuor nuda.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, quinquecarinatus. Cor. infundibuliformis, fauce pervia, limbo quinquelobo. Stamina corollae tubo adnata.

Nihil addo de stigmate emarginato; ejusmodi characteres, etsi veri et fortasse constantes, nimis minuti sunt, in plantis siccis fere semper oblitterantur, nec in vivis sat manifesti, certe, quod in confesso esse reor, nunquam ejus dignitatis, ut ob eorum defectum novum genus effingi debeat.

Haec de genere sufficiant, jam species videamus. Habitus omnibus subtristis, pubescentia simplex, in aliquibus vix ulla, inflorescentia racemosa, quae ad corymbosam accedit. Qui fieri potuerit, ut Jussiaeus P. maritimam inflorescentia spicata gaudere dixerit, ego quidem non intelligo; plantam non vidisse, descriptionemque erroneam legisse credendus est. Species omnes in duas facile familias dispescuntur, quarum alteri calyx est longitudine prope tubi corollini, alteri abbreviatus seu minimus est, tubo corollino longe exserto. Percommoda certe haec in duas familias divisio accidit, propterea quod characteres, quos folia largiuntur, fere nonnisi comparativi sint, aegerrimeque speciebus illustrandis et in pleno lumine collocandis, si soli sint, sufficiant.

* Calyce corollae tubum subaequante.

1. Pulmonaria officinalis.

P. foliis asperis: caulinis sessilibus, lanceolatis, acutis, basi attenuatis, radicalibus serioribus, cordatis, petiolatis; corollarum fauce glabra. ♃.

Pulmonaria officinalis Omnium authorum.

α. foliis albido maculatis.

β. foliis immaculatis.

Cau-

Caulis foliosus, vernus, absque foliis radicalibus. Folia sessilia, lanceolata, plus minus acuta, deorsum versus suam basin sensim attenuata. Tempora deflorationis succedunt folia radicalia, longiuscule petiolata, cordata, acuta. Corolla primum purpureo - carnea, tum caerulea; Faux glabra.

Facile ab omnibus aliis hujus familiae distinguenda foliis serioribus seu radicalibus cordatis.

2. Pulmonaria mollis.

P. foliis mollibus: caulinis sessilibus, lanceolatis, radicalibus serioribus, lato - lanceolatis, acuminatis, basi attenuatis; corollarum fauce subpilosa; seminibus pubescentibus. ♃.

Pulmonaria mollis. Wolf. — Heller Würceb. suppl. p. 13.

Habitat in Franconia, praesertim in Magno Ducatu Würceburgensi.

Caulis pedalis, altior, foliosus, vix ramosus. Folia caulina latiuscule lanceolata, basi subattenuata, semiamplexicaulia; radicalia seriora, latissime lanceolata, acuminata, petiolata, in petiolum elongato - attenuata, una cum petiolo pedalia et longiora; qua parte latissima sunt, fere quatuor digitos metiuntur; omnia utraque quidem pagina subaspera, sed haec asperitas ad tactum molli pubescentia densissima ita minuitur, ut fere evanescat. Flores, ut fere in P. officinali, sed copiosiores.

Character et descriptio ad sicca specimina Herbarii Schreberiani et ad viva horti botanici Monacensis exhibentur.

3. Pulmonaria tuberosa.

P. foliis asperis, lanceolatis, acutis, utrinque attenuatis: radicalibus serioribus, elongatis, latiusculis, in petiolum attenuatis; corollarum fauce barbata. ♃.

Pulmonaria V. pannonica. Clus. hist. II. p. 170.

Pulmonariae III. ſpecies altera. Clus. pan. p. 676.

Pulmonaria IV. Plinii anguſtifolia. Tabern. p. 948.

Pulmonaria anguſtifolia. Willd. ſpec. I. p. 768. n. 1. non ſynon.

Habitat in Bavaria prope Roſenheim (Schmidt) in Carinthia (Wulfen).

Caulis ſubſimplex, pedalis, altior, folioſus. Folia omnia lanceolata, aſpera: caulina ſeſſilia, ſemiamplexicaulia; radicalia ſeriora, petiolata, utrinque attenuata, acuta, pedalia circiter, ſemialterum digitum lata, ſaepe ad latitudinem P. mollis fere accedentia. Flores P. mollis. Radix vetula valde incraſſata, ut tuberoſa evadat.

Hae obſervationes ad viva ſpecimina, quae pluribus adhinc annis in horto creverant, factae ſunt.

4. Pulmonaria anguſtifolia.

P. foliis aſperis, omnibus anguſto - lanceolatis, elongatis, acutis, utrinque attenuatis: caulinis ſeſſilibus; corollarum fauce fasciculis quinque pilorum. ♃.

Pulmonaria anguſtifolia caerulea C. Bauh. pin. p. 260.

Pulmonaria I. anguſtifolia. Tabern. p. 948.

Pulmonaria II. Clus. pan. p. 674.

Pulmonaria III. auſtriaca. Clus. hiſt. II. p. 169.

Pulmonaria montana. Wulfen in litt. ad Schreb.

Beſſera azurea. Schultes obſ. p. 28. 29.

Habitat in Auſtriae inferioris et Hungariae ſylvis (Clus.), praeſertim in collibus prope Burkerſtorf (Boos jun.); ad Binitz (Herbar. Schreber.), Marktbreit (Schreb.); Cracoviae (Schult.); forte etiam Jenae (Haller).

Caulis erectus, vix ramoſus (ſed ſaepe plures caules ex eadem radice); hiſpido - piloſus, folioſus. Folia aſpera, lanceolata, acuta: caulina anguſto -

ſto - lanceolata, utrinque attenuata, ſeſſilia, et fere decurrentia; infima elongato - lanceolata, utrinque attenuata, ſatis anguſta, petiolata, ſaepe caulis totius longitudine. Flores terminales, ſubcorymboſi, fere ſpecioſiores quam in congeneribus. Calyx quinquecarinatus, fere usque ad medium quinquefidus, longitudine tubi, tuboque multo capacior. Corolla infundibuliformis, tubo gracili, albido, limbo campanulato, ampliusculo, elegantер caeruleo, quinquelobo: lobis patentibus. Stamina ad faucem, filamentis breviſſimis, et ad horum baſin totidem fasciculi ſeu potius congregationes pilorum minutorum. Stylus jam corolla brevior, jam longior.

Character ad ſicca ſpecimina Herbariorum Schreberiani et Sternbergiani et ad Schulteſii deſcriptionem formatus eſt.

5. Pulmonaria armena.

P. foliis radicalibus anguſte lanceolatis, elongato - petiolatis, cauleque ſubhirſutis; petiolis baſi alatis; calyce lanato - tomentoſo. - -

Cynogloſſum armenum, flore roſeo, profunde laciniato, calyce tomentoſo. Tourn. coroll. p. 15.

Habitat in Armenia.

Mancum ſpecimen Herbarium Schreberianum poſſidet, idque adglutinatum. Sequentes tamen notas obſervare licuit. Inflorescentia plane ut in Pulmonariis, ſed calyx, qui nonnihil inflatus videtur, lana albida tomentoſus; corolla profundiuscule quinquefida: laciniis acutis, fere ut in Cerinthe minori, ſed profundius ſeparatis; faux glabra videtur. Caulis ſubhirſutus, fere aphyllus. Folia integra non adſunt, ſed ſunt manifeſte anguſto - lanceolata, in petiolum elongatum valde attenuata, ac demum in illo evanescentia, ut tamen in ejus baſi denuo emergant, et alas forment.

** Tu-

** Tubo corollae calycem longe excedente.

6. Pulmonaria maritima.

P. foliis omnibus ſpathulatis: pala ovata; caule ramoſo: ramis obliquis; calycibus dimidiam corollam ſubaequantibus. ♃.

Pulmonaria maritima. Willd. ſpec. I. p. 770. n. 7.

α. maritima europaea foliorum pala ovato - lanceolata.

Cynogloſſum procumbens, glaucophyllum, maritimum noſtras, floribus purpureo - caeruleis. Pluken. phytogr. tab. 172. fig. 3.

Patria Anglia, Norwegia, ad maris littora.

β. maritima labradorica foliorum pala ovata, acuta.

Pulmonaria maritima. Flor. dan. tab. 25.

Cerinthe maritima procumbens, foliis et floribus caeruleis. Dillen. elth. tab. 65. fig. 75. planta tamen gigantea.

Habitat in Labradoria.

Prioris varietatis ſpecimen, quod unicum in Herbario Schreberiano adeſt, nimis mancum pro ulteriori deſcriptione.

Poſteriori varietati caules plures ex eadem radice, non proprie decumbentes, ſed ſua natura erecti videntur; ſunt quidem exteriores baſi ascendentes, quod tamen in omni planta ceſpitoſe creſcente contingit. Folia glabra, verruculata tamen, minus manifeſte petiolata, quod folium ipſum per omnem petiolum decurrit, unde folium ſeſſile ſpathulatum emergit. Flores terminales, in faſciculum faſtigiatum, quaſi in umbellam, collecti. Calyx in planta europaea tubo corollino dimidio brevior, in Labradorica illi aequalis, caeterum in utraque flores parvi, vix ultra tres quatuorve lineas longi.

Ad ſpecimina Herbarii Schreberiani ſicca characterem deſcriptionemque hujus ſpeciei concinnavi.

7. Pul-

7. Pulmonaria ſibirica.

P. foliis glabriusculis: caulinis ſubſeſſilibus, ovatis, radicalibus petiolatis cordatis. ♃.

Pulmonaria ſibirica. Willd. ſpec. I. p. 770. n. 6.

Anchuſa foliis radicalibus cordatis, caulinis ovatis. Gmelin. ſibir. IV. p. 75. n. 15. tab. 39.

Habitat ad Lenam Siberiae fluvium.

Caulis unus vel alter ex eadem radice fuſiformi, perenni, ſaepe cubito altior, ſtriatus, viridis, rectus, folioſus. Folia omnia glabriuscula: caulina ſeſſilia, ovata, acuta, aut ovato - lanceolata acuta, infima et radicalia petiolata, cordata. Flores, ut in toto genere, primum purpureo - rubri, tum coerulei, in planta fera certe mutantes, in culta nonnihil erectiores videntur. Stylus corolla longior.

Ad ſpecimina Herbarii Schreberiani et Gmelini Floram deſcriptio concinnata eſt.

8. Pulmonaria pumila.

P. foliis omnibus ovatis, hiſpidis: caulinis ſeſſilibus, radicalibus petiolatis; calyce hirſuto, tubum corollae ſubaequante. ♃.

Habitat in Siberia.

Schreberus in Herbario Pulmonariam ſibericam ſequi juſſit, addita epigraphe ejus, qui miſit (Pallaſii?): Pulmonaria ſibirica pumila e Kamtſchatka. Sed certe ſpecie diverſa eſt, et forte nec hujus familiae, ſed prioris.

Tota planta vix ſesquiunciam rhenanam excedit; tota hiſpida. Folia omnia omnino formam (non magnitudinem) foliorum radicalium Pulmonariae ſibiricae habent, niſi quod cordata non ſint, et tota hiſpida, nec fere magni-

gnitudine unguem digiti medii excedant. Calyces tubum corollinum fere aequant. Stylus corolla vix longior. Flores erecti.

Ad ſpecimina Herbarii Schreberiani.

9. Pulmonaria virginica.

P. foliis glabriusculis, omnibus oblongo - ovatis, baſi attenuatis, petiolatis; corollae limbo obſolete lobato. ♃.

Pulmonaria virginica. Willd. ſpec. I. p. 769. n. 5. — Michaux. amer. bor. I. p. 131.

Mertenſia pulmonarioides. Roth catal. I. p. 34.

Symphytum ſ. Pulmonaria non maculata, foliis glabris americanum, flore patulo caeruleo. Pluken. phytogr. tab. 227. fig. 6.

Habitat in humidis et ad ripas arenoſas fluviorum Carolinae occidentalis, Virginiae, et Penſylvaniae, maxime circa Lancaſtriam.

Caules ex una radice perenni plures, erecti, ſubanguloſi, glabriusculi, ſtriati. Folia glabra, oblongo - ovata, obtuſiuscula, exceptis interfloralibus fere omnia petiolata, ſed petioli caulini breviſſimi; magnitudo foliorum varia, infima cum petiolo ſesquiunciali palmam longa, ſed ascendendo per caulem decrescunt; radicalia, quae non vidi, foliis Saxifragae craſſifoliae forma et magnitudine ſimillima dicit Rothius, id eſt, pedalia, et ultra ſemipedem lata. Flores terminales in racemo corymboſo valde compoſito, magnitudine et elegantia florum Pulmonariae anguſtifoliae noſtrae. Calyx breviſſimus, quinquepartitus. Corolla infundibuliformis: tubus ſenſim ampliatus, teres, pallidulus, limbus obſolete quinquefidus, ut fere truncatus, violaceo - caeruleus. Stylus corolla non longior. Quod Nectarium obſervavit Rothius, non tantum toti generi, ſed omni Aſperifoliarum familiae cum Didynamiſtis gymnospermis commune eſt.

Ad ſpecimina Schreberiana et Rothii deſcriptionem.

10. Pul-

10. Pulmonaria parviflora.

P. glaberrima; caule diffuse procumbente, ramosissimo; foliis ovali - spathulatis, minutim acuteque acuminatis, carnosis; pedunculis lateralibus unifloris; corolla vix dupla calycis brevis longitudine, subcampanulata. Michaux amer. bor. I. p. 131.

Pulmonaria paniculata. Aiton. sen. hort. Kew. I. p. 181. — Willd. spec. I. p. 769.

Habitat ad littora mari ascendente inundata fluminis S. Laurentii.

Ego plantam non novi.

11. Pulmonaria dauurica.

P. foliis omnibus sublineari - lanceolatis, hispidis: superioribus sessilibus; floribus paniculatis, secundis; caule herbaceo. ♃.

Habitat in Dauuria.

Duo adsunt in Herbario Schreberiano specimina, a Pallasio, ut videtur, missa, cum nomine: Pulmonariae angustifoliae adfinis dauurica, quae licet non omnino inter se aequalia sint, vix tamen specie differunt.

Alteri Caulis simplex; Folia lineari - lanceolata: inferiora petiolata, superiora sessilia, stricta, omnia satis dense hispida. Calyces ex hirsutie cani, brevissimi, unam tertiam tubi corollini non aequantes. Corollae caeruleae.

Alteri Caulis simplex; Folia caulina (radicalia non adsunt) angusto-lanceolata, patula, pagina superiore glabriuscula. Calyces et Corollae ut in priori specimine.

12. Pulmonaria suffruticosa.

P. foliis lineari - subulatis; caule piloso, subsimplici, corymbifero, suffruticoso; calycibus quinquepartitis. ♃.

Pulmonaria suffruticosa. Persoon encheir. I. p. 161.

Lithospermum angustifolium umbellatum. C. Bauh. pin. p. 517. —

Boc-

Boccon. icon. et defcr. p. 77. tab. 41. — Pluken. phytogr. tab. 42. fig 7.

Habitat in alpibus Italiae.

Caulis fpithama minor, rectus, teres, foliofus aut fubaphyllus, fimplex, apice fuftinens umbellam fpuriam florum parvorum, caeruleorum.

Ad C. Bauhini, Bocconi, Plukenetiique fidem haec defcriptio qualiscunque concinnata eft.

De Pulmonariis fibirica, virginica, et maritima (quibus Willdenowius paniculatam addidit, a fe nullo modo vifam) dubitavit Linnaeus, an nonnifi varietates fint, vixque erraturum credidit, qui hoc putaret. Hoc tamen monitum, quod, quo tempore fcripfit Linnaeus, a viro cauto et varietatum minime amico, alienum non erat, hodierno tempore omnino delendum eft. Nullo enim modo inter fefe conveniunt fpecies, nifi habitu quodam generali, qui habitum genericum quodammodo referat, calycibus nempe abbreviatis, paffim profundiuscule divifis, caule foliisque glabris, ita tamen, ut formae intermediae has plantas cum illis, quae in prima hujus generis divifione militant, omnino nectant; ita P. maritima pilos quidem non habet, at verruculae, pilorum alias fulcra, certe adfunt; et enumeravimus alias fpecies, plane pilofas, P. pumilam, P. dauuricam; eodem modo de calyce judicandum eft, qui in P. maritima labradorica et P. pumila fere ad eum calycem accedit, qui in P. officinali occurrit. Fatendum quidem eft, notas, quae in hac altera familia fpeciem a fpecie diftinguunt, tanti non videri, ut non a caufis variis variari poffint; verum hoc ipfum fpecificam diverfitatem evincit longe clariffime: quae enim Linnaeus in fingulis obfervavit, quae authores ab illo laudati obfervarunt depinxeruntque, in plantis ex iisdem regionibus petitis et nos hodiedum obfervamus conftantia.

OB-

OBSERVATIONES
IN GENUS ONOSMAE

Character genericus.

Pentandria Monogynia. Calyx Corollaque libera. Flores monopetali. Semina quatuor nuda. — Cor. regularis, elongato - campanulata: fauce pervia. Cal. 5 -- partitus: laciniis lineari - lanceolatis.

1. Onosma ſimpliciſſima.

O. hiſpido - hirſuta; caule ſimpliciſſimo; foliis anguſte lanceolatis; racemo terminali, ſubcolorato, nutante; corollarum limbo ſubintegro. ♃.

Onosma ſimpliciſſima. Willd. ſpec. I. p. 773. n. 1. demto Gmelini ſynonymo.

Habitat ad Jeniſeam in Siberia.

Radix perpendicularis, fuſiformis, caſtanea, ramis longis, prope horizontalibus, apiceque flavo - fuſcescens. Caules plures ex una radice, pedales, uti tota planta hiſpido - hirſuti, ſimpliciſſimi, apice florum racemum gerentes, et ex viridi flavicantes. Folia obverſe lanceolata, ſubobtuſa, ſeſſilia, maxima 2 3/4 dig. longa, 5 lin. lata; infima in veros petiolos attenuantur. Racemus nutans, floribus fere ſecundis. Corolla corollae Symphyti tuberoſi ſimillima, etiam pallide flava. Calycis foliola hiſpidiſſima.

Fit tamen etiam, ut ex ſupremorum foliorum axillis rami aliquot (2 — 3) floriferi oriantur.

Ad ſpecimina ſicca Herbarii Schreberiani.

2. Onosma ſuffruticoſa.

O. caule ſuffruticoſo; foliis lineari - lanceolatis, ſubtus tomentoſis, ramisque hiſpidis; racemo terminali, nutante; corollae dentibus obtuſis. ♄.

Habitat in Siberia ad Tſchusowajam. Lecta a - - - Menſe Junio 1773.

Caulis aſcendens, lignoſus, cortice fere caſtaneo, ſed rami hujus anni cum foliis valde hiſpidi: ſetis virentibus, et folia quidem ſubtus hiſpido-tomentoſa. Rami ſimplices, ſemipedem non attingunt. Calyx 1/3 corollae veſtit. Corolla flava, dentibus obtuſiusculis.

Ad ſpecimen ſiccum Herbarii Schreberiani.

Huc pertinere videtur Onosma foliis lanceolatis, hispidis, fructibus pendulis. Gmelin Sibir. IV. p. 76. tab. 40.

3. Onosma orientalis.

O. hiſpida, incana; foliis lineari - lanceolatis; ramis racemo duplici terminali, nutante, cum floſculo intermedio. ♃.

Onosma orientalis. Willd. ſpec. I. p. 773. n. 2.

Habitat in Borealioribus Aſiae minoris locis.

Caulis (an Ramus?) ſemipedalis, ſimplex, totus ex pube hiſpida canus una cum foliis alternis, angusto - lanceolatis, fere linearibus, margine reflexis. Apex terminatur in racemum duplicem, nutantem, cum floſculo longius pedunculato in racemorum divaricatione; flores omnes pedunculati. Corollae flavae: limbi dentes acutiusculi, ſed minime ſubulati.

Ad ſpecimen ſiccum Herbarii Schreberiani.

Onos-

4. Onosma echioides.

O. hiſpida; foliis anguſto - lanceolatis, cauleque canescentibus; inflorescentia ramoſa; corollarum dentibus obtuſiusculis; calycibus fructiferis erectis. ♃.

Onosma echioides. Willd. ſpec. I. p. 774. n. 3. — Jacqu. aust. tab. 295.

Symphytum foliis lingulatis, hiſpidis. Haller hiſt. n. 601.

Cerinthe echioides. Scop. carn. n. 197.

Anchuſa exalbido flore. Clus. pan. p. 678. — Clus. hiſt. II. 165.

Habitat in Auſtriae inferioris montibus Badenſibus; in Helvetia; in Carniolia; ad Volgam.

Radix perennis, intus rubra, rubro - tinctoria, extus nigricans. Caulis erectus, ramoſus, purpureus, 1/2 - 1 1/2 - pedalis, hiſpidus uti tota planta. Folia anguſto - lanceolata, obtuſiuscula, pallide viridia. Flores ex omnibus foliorum axillis, ſolitarii, pedunculis brevibus fulti. Corolla dimidio minor quam in O. orientali, alba, ſed per aetatem flavescens. Pili (ſeu potius ſetae) non flavescunt, ſed canescunt.

Ad ſpecimen ſiccum Herbarii Schreberiani, et Jacquini Floram.

5. Onosma caerulea.

O. foliis oblongis, anguſtis, ex verruculis decumbentibusque ſetis incanescentibus: inferioribus petiolatis, ſuperioribus ſeſſilibus; corollis elongatis. ♃.

Onosma caerulea. Willd. ſpec. I. p. 775. n. 5.

Habitat in Ponto.

Caulis vix pedalis. Folia alterna, cana, oblonga, non magna (ſuperiora vix 1 dig. longa, 2. lin. lata; inferiora 5/4 dig. longa, 2 -- 3 lin. lata): ſuperiora ſeſſilia, inferiora petiolata; omnia denſe verruculis albis con-

conſperſa, ex quibus ſtellatim ſetae canae decumbentes oriuntur. Racemus terminalis; pedunculi breviſſimi. Calyx 5 lin. longus, foliolis lanceolatis, valde ſetoſis: ſetis canis. Corolla digitum rhenanum longa, ſurſum ſenſim ampliata.

Vidi ſpecimen abipſo Tournefortio in Ponto lectum.

6. Onosma caſpica.

O. caule ramoſo, ſubdivaricato; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, hiſpidis; corollae tubo filiformi, ſubelongato, limbo campanulato; pedunculis fructiferis reflexis. ⊙

Onosma caſpica. Willd. ſpec. I. p. 775. n. 7.

Onosma orientalis. Pallas it. II. append. Tab. L.

Habitat ad Mare Caſpium.

Radix fuſiformis, tenuis, recta, erubescenti - fusca, intus flava. Caulis quadriuncialis, ramoſus, hiſpidus, uti tota planta, ſetis patentibus. Folia lanceolata, utrinque attenuata, ſeſſilia, infima tamen brevibus petiolis fulta. Flores terminales, pedunculati: pedunculi breves, axillares, ſolitarii, uniflori. Calyx quinquepartitus: laciniis anguſtiſſime linearibus. Corolla extus hirſuta, parva: tubus filiformis, gracilis, calyce longior; limbus campanulatus: lobis obtuſiſſimis.

Ad ſpecimen ſiccum Herbarii Schreberiani.

7. Onosma pulla.

O. foliis lanceolatis, ſetoſo - hiſpidis; calyce ventricoſo; corollae tubo gracili, cylindrico, laevi. ♃.

Echioides. Hort. Paris.

Lycopſis nigricans. Perſoon ench. I. p. 162.

Habitat in arenoſis prope Tozzer.

To-

Tota corolla vix calycis longitudine; limbus atro - ſanguineus, tubus gracilis. Herba debilis.

Uberem hujus plantae, quam in horto alui, deſcriptionem dabit D. Martius in *Denkſchrift. d. Akad. d. Wiſſ. für* 1714.

Onosmae ſpecies priores corollam habent corollae Symphyti ſimillimam, niſi quod dentibus illis ſubulatis in fauce careat, qui cum ſtaminibus alternant, et vera ſtaminum filamenta, ſed caſtrata, ſunt. Recedit paululum ab hac forma Onosma caerulea, magis hac Onosma pulla, et ambabus magis recedunt OO. tenuiflora, caſpica, micrantha, ut adeo limites certi ſtatui non poſſint, ſi quis has poſteriores novum genus conficere jubeat, quum intermedii gradus dentur.

OB-

OBSERVATIONES
IN ECHII GENUS.

Echium plantarum genus eſt proximum Heliotropio, floribus ſecundis, plus minus ſpicatis illi etiam habitu plane ſimillimum, ſed ſpicae multo breviores, corollae non hypocrateriformes, ſed tubo brevi, limbo vero amplo, campanulato inſtructae, et ovaria quatuor ſemper diſtincta, nulla aetate capſulam quadrilocularem promittentia. Quibus characteribus ab omnibus aliis Aſperifoliis Raji, quae quidem faucem nudam habeant, facillime diſtinguitur. Sed ſpecies aegrius diſcernuntur; quare ſpe ducor, fore, ut ſequentes obſervationes ad cognoſcendas hujus generis ſpecies non omnino inutiles habeantur.

*) Fruticoſae.

1. Echium fruticoſum.

E. caule fruticoſo; foliis incanescentibus, lanceolatis, ſeſſilibus, deorſum attenuatis, breviſſime acuminatis, aveniis; ſtaminibus corolla brevioribus; calycibus villoſo - ciliatis. ♄.

Echium fruticoſum. Willd. ſpec. I. p. 781. n. 1. — Thunberg prodr. p. 33.

Bugloſſum africanum, echii folio, flore purpureo. Pluk. mant. p. 33. phytogr. tab. 341. fig. 1. bona.

Ha-

Habitat in Promontorio Bonae Spei.

Obſ. Caulis foliaque ſetis adpreſſis, ſatis teneris ſubſericea; et folia quidem caulis ſeſſilia, lanceolata, deorſum attenuata, acuta et ſubacuminata. Racemi vel potius ſpicae florales ex axillis foliorum ſupremorum, floribus imbricatis. Calycis laciniae lanceolatae, villoſo-ciliatae. Corolla ſubregularis, extus pubescens. Stamina corolla breviora; ſtylus longior, totus piloſus.

Ad ſpecimina Herbarii Schreberiani.

2. Echium candicans.

E. caule fruticoſo; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis, oblique groſſe venoſis, ramisque hirſutis; racemo terminali: pedicellis ſpiciferis; ſtylo baſi piloſo. ♄.

Echium candicans. Jacqu. collect. I. p. 44. icon. I. tab. 30.

Habitat in Maderae rupibus.

Obſ. Frutex ramos longos ferens, in juventute incanos, tomentoſos, inferiores a delapſis foliis cicatricoſos. Folia lanceolata, utrinque attenuata (inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia), valde acuta, non tamen ſubulata, colore candicante, ſubtus venis groſſis obliquis albidis percurſa. Racemus compoſitus; ramuli racemi floribus ſecundis imbricatis ſpicati, recurvi. Corollam vidi omnino caeruleam, quae alias pallide caerulea eſt.

Ad plantam in horto cultam.

3. Echium giganteum.

E. fruticoſum; foliis lanceolatis, baſi attenuatis, breviſſime piloſis; ramis hiſpidis: ſetis ſurſum verſis; thyrſo terminali ex pedunculis longiusculis, ſpicatis; ſtaminibus corolla longioribus. ♄.

Echium giganteum. Willd. ſpec. I. p. 782. n. 3.

Ha-

Habitat in rupibus Teneriffae.

Obſ. Corolla violacea, extus piloſula; flores e minoribus hujus generis. Rami ſunt teretes, cani (nec glabri, quod mirum eſſet in hoc genere), hiſpidi, et quidem denſe, ſetulis ſurſum verſis.

Ad plantam vivam in horto cultam.

4. Echium ſtrictum.

E. Caule fruticoſo, ſuperne ramoſo; foliis oblongo - lanceolatis; corolla campanulata, genitalibus duplo breviore. ♄.

Echium ſtrictum. Willd. ſpec. I. p. 783. n. 4.

Echium canarienſe. Hortulanorum.

Habitat in rupibus Teneriffae.

Obſ. 1. Pro E. orientali in hortum Landishutanum illatum fuit. Mihi tertio anno primum floruit, ſed mature in Caldario.

Obſ. 2. Habitus arbusculae, caule ſtrictiſſimo, tereti, aphyllo (dejectis nempe foliis), ſimpliciſſimo, demum ſeſe ſuperne, arborum modo, in ramos varie ramoſos explicante. Rami folioſi; folia oblongo - lanceolata, integra, margine tamen crebriuscule ſed obſolete dentata, aſpera ex pilis uti tota planta. Spicae revolutae, ut in genere, breviusculae, crebrae. Corolla ſubcampanulata, parva, carnea, demum purpurascens. Stamina corolla duplo longiora, carnea, antheris caeruleis. Stylus longitudine ſtaminum, rectus, albidus, ad 3/4 pilis patulis hiſpidus, apice bifidus.

Ad ſpecimen vivum olim in horto Landishutano, et aliud in Monacensi cultum.

5. Echium capitatum.

E. caule ſtricto; foliis lanceolatis, hiſpidis; inflorescentia terminali: pedunculis in racemum diſpoſitis: ſpicis capitatis; ſtaminibus corolla parva longioribus. ♄.

Echium

Echium capitatum. Willd. ſpec. I. p. 785. n. 12. — Thunb. prodr. p 33.

Habitat in Promontorio Bonae Spei.

Obſ. Caulis circiter pedalis, altior, lignoſus, tandem glabrescit, ſed ſuperne ex pube patenti albidus, intra folia ſordide viridis, hiſpidus. Folia lanceolata, acuta, utrinque attenuata, utraque pagina hiſpida, margine ciliata (infima pedalia, 5/4 dig. lata): Setae baſin habent verruculoſam (quod fere in toto genere ſolenne), patent, et hyalinae ſunt. Spicae ramulis patentibus, paniculam corymboſam formantibus inſident; alias formam ovoideam tota haec ſpicularum congeries adfectat. Flores in hoc genere parvi, pallide roſei, albive. Corolla fere regularis; ſtamina fere duplo longiora; Antherae caeſiae.

Ad plantam in horto Monacenſi cultam et Herbarium Schmiedelianum.

6. Echium ruſſicum.

E. fruticoſum; floribus racemoſo - ſpicatis, terminalibus; ſtylo hirſuto, ſtaminibusque corolla ſubregulari longioribus; foliis lanceolatis, utrinque attenuatis. ♄.

Habitat - - -

Obſ. Caulis fruticoſus, ſesquipedalis, altior, parum ramoſus, flexuoſus, junior, etſi jam lignescens, valde denſe tomento in cano obſitus; qua viridis eſt, pilis rigidis denſiusculis veſtitur. Folia lanceolata, utrinque attenuata, vix petiolata, valde aſpera, tripollicaria. Spicae alternae, racemoſae, in apice caulis ex axillis foliorum valde decrescentium exoriuntur. Corollae parvae, pallidiſſimae, vix aquoſe caerulescentes (ante explicationem tamen rubellae), ſubregulares. Staminum filamenta corolla longiora, albida; Antherae caeſiae. Stylus albidus, ſtaminibus longior, ſubhirſutus, apice bifidus.

Convenit habitu fere foliisque cum E. ſtricto, ſed caulis flaccidus et minime ſtrictus, et folia plus duplo minora.

Definitio deſcriptioque ad plantam vivam facta eſt, quam in horto colo, nomine E. ruſſici miſſam.

7. Echium trigonum.

E. fruticoſum; foliis trifariis, lanceolatis, canaliculatis, ramisque hirſuto - hiſpidis; floribus axillaribus. ♄.

Echium trigonum. Thunb. prodr. p. 33.

Habitat in Promontorio Bonae Spei.

Obſ. Frutex. Rami lignoſi; juniores hirſuto - hiſpidi, denſe obtecti foliis lanceolatis, ſesquiuncialibus, utraque pagina denſe hirſuto - hiſpidis (omni hac hirſutie cana), trifariam diſpoſitis. Flores ex alis ſupremorum foliorum ſolitarii, non in ſpiculas plures collecti, ſed cum foliis interfloralibus ſpicam unicam efficientes.

Ad ſpecimen in Herbario Schreberiano obvium.

8. Echium glabrum.

E. fruticoſum; foliis lanceolatis, glabriusculis, laxe ſetoſo - ciliatis ♄.

Echium glabrum. Thunb. prodr. p. 33.

Echium glaucophyllum. Jacqu. collect. II. p. 325. icon. rar. tab. 312.

Habitat in Promontorio Bonae Spei.

Obſ. Elegans fruticulus, quaſi per nebulam virens, qua parte lignoſus non eſt. Folia ſatis denſe absque petiolis adſident, lanceolata, glabra (poſtice tamen puncta albida, quaſi verrucularum ſetigerarum rudimenta conſpiciuntur), fere avenia, margine laxe ſetoſo - ciliata: ſetis ſingulis glandulae cartilagineae inſidentibus. Inflorescentia terminalis: in axillis nempe ſupremorum foliorum oriuntur ramuli breviſſimi, ſeu potius pedunculi tres ſeu quinque flores. Satis parvos cum corollis pallide caeruleis ferentes;

qua-

quatuor ſtamina corollam excedunt, quorum duo reliquis longiora, quintum corolla brevius eſt.

Ad ſpecimen Herbarii Schmiedeliani et Jacquini de planta doctrinam.

9. Echium argenteum.

E. fruticoſum; foliis lanceolatis, breve - petiolatis, hiſpido - ſericeis; racemo terminali, ſimplici, folioſo. ♄.

Echium argenteum. Thunb. prod. p 33. Willd. ſpec. I. p. 783. n. 5.

Habitat in Promontorio Bonae Spei.

Obſ. Caulis fruticoſus, ex ſetis adpreſſis albis ſubſericeus. Folia alterna, brevi - petiolata, oblonga, obtuſiuscula potius quam lanceolata, omnino non linearia, utrinque ſetis ex ſuis verruculis ortis, decumbentibus, argenteis, ſericea. Flores in apice ramulorum, racemum (nam ſunt pedunculati) ſimplicem conſtituunt, ſolitarii, non proprie axillares, etſi folia intermixta ſint. Calyces hirſuti.

Ad ſpecimen ſiccum Herbarii Schreberiani.

10. Echium rosmarinifolium.

E. fruticoſum, argenteo - ſericeum; foliis linearibus, obtuſis, margine revolutis. ♄.

Echium rosmarinifolium. Hoſt. auſtr.

Habitat in Dalmatia.

Obſ. Flores terminales, in ſpiculis ſecundis, brevibus.

Ad ramulum ſiccum Herbarii Schreberiani.

** Species herbaceae.

11. Echium italicum.

E. caule herbaceo, foliisque anguſte lanceolatis piloſo - hiſpidiſſimis; ſtaminibus corolla ſubregulari duplo longioribus. ♂.

Echium

Echium italicum. Willd. ſpec. I. p. 786. n. 19. — Smith brit. p. 221.
Echium altiſſimum. Jacqu. flor. auſt. app. p. 35. tab. 16.
Echium aſperrimum. Marſch. v. Biberſt. taur. cauc. I. p. 135.
Echium foliis hirtis, lingulatis, calycibus pungentibus, ſpicis laxis, paniculatis. Haller hiſt. n. 604.
Habitat in Italia; in Hungariae comitatu Nitriensi (non in Auſtria); in Helvetia; in Cherſoneſo Taurica; in Caucaſo et Iberiae Campis; in inſula Yerſey.

Obſ. Caulis herbaceus, ſubſimplex, altus (ut facile 4 - 5 - pedalis evadat), maximam ſui partem floridus, ſed rami ſpiciferi breves; ſpicae floribus ſecundis, denſe imbricatis conſtant. Folia longe lingulata. Corolla fere alba, vix leviſſime caerulescens. Stamina longiſſima. Stylus baſi piloſus. Tota planta valde hiſpida ad viſum, minus tamen E. vulgari ad tactum.

Ad plantam vivam, quam olim in horto Landishutano alui.

12. Echium pyrenaicum.

E. caule herbaceo, erecto, aſperrimo, punctato; foliis anguſte lanceolatis, hiſpidis; ſtaminibus corolla inaequali ſublongioribus; calycibus ſetoſo - hirſutis. ♂.
Echium pyrenaicum. Willd. enum. p. 187.
Echium majus et aſperius, flore dilute purpureo. Tourn. inſtit. p. 135.
Habitat in Pyrenaeis.

Obſ. Planta E. italico minor, aſperior, ſtaminibus minus longis; et corollae poſt antheſin erubescentes. Puncta caulis rubra.

Ad plantam in horto cultam, et ſpecimina ſicca in Herbaris Schreberiano.

13. Echium

13. Echium vulgare.

E. caule herbaceo, tuberculato - hiſpido; foliis caulinis lanceolatis, hiſpidis; ſpicis lateralibus; floribus ſecundis; ſtaminibus corollae longitudine. ♂.

Echium vulgare. Willd. ſpec. I. p. 787. n. 21. Flor. Monac. II. tab. 209.

Echium. Dodon. pempt. p. 631.

Habitat ad vias, ad aggeres foſſarum, in ſylvarum finibus.

Obſ. 1. Caulis erectus, inde a baſi ramoſus, cubitalis, bicubitalis, tuberculis atro - rubentibus ſetiferis obſitus. Folia lanceolata, hiſpida: inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia. Spicae, ut in praecedentibus, axillares, folio breviores, floſculis biſeriatis, ſecundis. Corollae limbus primum rubens, tum pallide caeruleus. Stamina corollae fere longitudine.

Variat corollis carneis.

Ad plantam feram vivam.

Obſ. 2. Occurrit ſubinde monſtrum hujus plantae, ſpicis foliisque illas falcientibus mire confuſis, corollis nullis. Cauſa hujus monſtri eſt Acanthia Echii, de qua dixi in *Füeßly n. entom. Magaz. I. p.* 276.

14. Echium rubrum.

E. caule herbaceo, erecto, hiſpido, ſpiculis brevibus longe ſpicato; corolla irregulari, genitalibus breviore; foliis anguſto - lanceolatis, elongatis. ♂. ♃.

Echium rubrum. Jacqu. auſt. append. p. 27. tab. 3.

Echium rubro flore. Clus. pan. p. 682. icon. p. 681. — Clus. hiſt. II p. 164.

Habitat in Hungaria, praeſertim ad Sopronium; et in Armenia.

Obſ. Caulis pedalis, altior, ſimplex, una cum utraque foliorum pagina hiſpidiſſimus, ſed ſetae minus longae quam in vulgari, pyrenaico, et ita-

italico. Folia angusta, lanceolata, elongata, sessilia. Ex omnibus fere axillis foliorum rudimenta ramulorum, quae saepius desunt, et alias in superioribus in spiculas imperfectas abeunt, demum decrescentibus vehementer foliis ejusmodi spiculae densius aggregatae et quasi imbricatae spicam compositam longam constituunt. Corollae rubrae laciniae inaequales. Stamina corollam excedentia Stylus staminibus longior.

Ad specimina sicca Herbarii Schreberiani, et Jacquini historiam plantae.

15. Echium violaceum.

E. caule herbaceo, hispidulo: verrucis impalpabilibus, setis mollibus; corollis stamina aequantibus; foliis obovato - oblongis: infimis petiolatis. ⊙

Echium violaceum. Willd. spec. I. p. 788. n. 22.

Habitat passim ad vias.

Obs. Differt ab E. vulgari 1) caule constanter breviori, 2) magis diffuso; 3) duratione annua; 4) corollis non pallide caeruleis, sed sature violaceis; 5) quod longe mitius, setis non pungentibus, verruculis inconspicuis, minimis, impalpabilibus; 6) quod folia, proportione habita, multo magis ad formam oblongo - obovatam accedant.

Ad plantam feram, et in horto cultam.

16. Echium plantagineum.

E. caule herbaceo; foliis inferioribus oblongo - ovatis, in petiolum totum decurrentibus, superioribus oblongis, subsemiamplexicaulibus; caule subramoso; corollis irregularibus, staminum longitudine. ⊙

Echium plantagineum. Jacqu. hort. I. p. 17. tab. 45. — Willd. spec. I. p. 786. n. 17. deleto Synonymo Barrelieri.

Habitat in Italia?

Obs. Radix exilis, fusiformis. Caulis vix pedalis, parum ramosus, setosus uti tota planta: setis albidis ex verrucula albida solitariis. Folia inferiora oblongo - obovata, in petiolum totum decurrentia (infima saepe elon-

elongato - petiolata), reliqua oblonga, ſubſemiamplexicaulia. Spicae terminales ramorum, revolutae, floribus ſecundis, primo arcte imbricatis, demum remotiusculis. Corollae caeruleae, calyce ſubabbreviato ter majores, irregulares. Stamina corolla non longiora, pilis raris, longis hinc inde obſita.

Variat corolla pallide caerulea.

Ad plantam in horto cultam, et Jacquini hiſtoriam.

17. Echium grandiflorum.

E. caule herbaceo, ſetoſo; foliis aſperis: inferioribus ovatis, petiolatis, ſuperioribus lanceolatis, obtuſis, ſubundatis, ſemiamplexicaulibus; corolla calycem excedente, irregulari, ſtaminum longitudine; ſtylo glabro. ⊙

Echium grandiflorum. Desfont. hort. paris.

Echium lato plantaginis folio italicum. Juss. ad Barrel. obs. n. 145.

Lycopſis lato plantaginis folio italica. Barrel. icon. 1026.

Habitat in agro Romano.

Obſ. Folia radicalia ovata, petiolata; caulis angulatus, ramoſus, folioſus: folia caulina lanceolata, inferiora ſeſſilia, ſuperiora cordata baſi ſemiamplexicaulia. Inflorescentia terminalis caulis et ramorum, longa, racemoſa, ſecunda: pedunculis breviſſimis, ſolitariis, unifloris, ſupra - axillaribus. Calyx corolla brevior, laciniis elongato - lanceolatis, acutiſſimis, ciliatis. Corolla inaequalis, caerulea, palato depauperata - piloſo: margo crenulatus. Stamina aſcendentia, corolla non longiora: filamentis hinc inde piloſis. Stylus purpureus, glaber. Folia interfloralia anguſto - lanceolata (ſaepe fere linearia), ciliata, latiuscula baſi cordato - ſemiamplexicaulia. Tota planta ſetis hiſpida.

Latitudo foliorum variat.

Ad plantas vivas in horto cultas, et ſpecimina ſicca Herbarii Schreberiani.

18. Echium

18. Echium abbreviatum.

E. hiſpidum; foliis caulinis inferioribus oblongo - ovatis, petiolatis, ſuperioribus obverſe lanceolatis; ſpiculis axillaribus; calycibus abbreviatis; corollis oblique campanulatis.

Habitat - - -

Ex Hebenſtreitiano Herbario habuit Schreberus, adſcripto Synonymo Tournefortiano Echii orientalis, verbasci folio, flore maximo, campanulato, quod certe erroneum eſt, quod calyx dicet. Ipſe Schreberus adſcripſit: Echium grandiflorum. Desfont. quod non videtur.

Obſ. Ramus eſſe videtur, quem coram video; totus is hiſpidus eſt, foliaque petiolata ſuſtinet ſeptem oblongo - ovata, alterna, pro altiore in ramo ſitu magnitudine decrescentia, quod etiam de reliquis valet. Sequentia duo fere ſpathulata ſunt: pala oblonga; reliqua tria, uti et omnia, ex quorum axillis ſpiculae prodeunt, lanceolata. Calyx paulo ultra tres lineas, Corolla digitum rhenanum longa, valde obliquo ore, ſed, ut videtur, ſature caerulea.

19. Echium luſitanicum.

E. caule herbaceo, ramoso, erecto; racemis foliosis, terminalibus; corollis gracilibus, ſtamina excedentibus; foliis caulinis oblongis, ſubpetiolatis. ♃.

Echium luſitanicum. Willd. ſpec. I. p. 789. n. 25.

? Echium parviflorum. Willd. enum. p. 187.

Habitat in Luſitania.

Obſ. Tota planta quidem hiſpida, ſed ſetae breves. Calyces ampli, laciniis lanceolatis. Corolla pallidius caerulea, calyce paulo longior, ſed gracilis. Stamina corolla breviora.

Ad ſpecimina ſicca, quae Schreberus in horto coluerat.

20. Echium

20. Echium creticum.

E. caule herbaceo, erecto, ramoſo, verrucis ſetiferis aſperrimo; foliis oblongo - lanceolatis; ſtaminibus corollae aequalibus, apice piloſis. ⊙

Echium creticum. Willd. ſpec. I. p. 788. n. 24.

Echium creticum I. et II. Clus. hiſt. II. p. 164 et 165. ſine fig.

Habitat in Creta.

Obſ. Folia alterna, petiolata, oblonga, obtuſa, et caulina quidem ſatis lata (longa 4 dig. lata 1 dig. 9. lin.), ſupra infraque ſpinulis hiſpida. Caulis rectus, undique verrucis atro - ſanguineis conſitus, prodeunte ex quavis verruca ſpinula. Rami ex omnibus alis. Flores terminales. Corollae ſature ſanguineae, irregulares. Stamina corollae longitudine, rubra, ſuperne pilis longis, pluribus.

Ad plantam in horto Academiae Regiae Scientiarum cultam.

21. Echium orientale.

E. caule herbaceo, ramoſo; foliis caulinis ovato - lanceolatis, baſi in petiolum attenuatis, rameis anguſtis, lingulatis, ſeſſilibus; floribus ſolitariis axillarum ſupremarum. ⊙

Echium orientale. Willd. ſpec. I. p. 789. n. 24.

Echium orientale, verbasci folio, flore maximo, campanulato. Tourn. it. III. p. 183. tab. 11. Edit. germ.

Habitat in Armenia.

Obſ. 1. Caulis erectus, ramoſus. Folia petiolata: ſuperiora cum petiolo plus quam ſemipedalia, oblonga, et ferme ovato - lanceolata, latitudine ſesqui - unciali. Rami ex omnibus fere axillis, longi, folioſi. Folia lingulata, anguſta, ſeſſilia. Flores ex axillis ſupremorum lingulatorum foliorum caulis et ramorum, ſolitarii, brevibus pedunculis nixi. Corolla 3/4 dig. longa, pallide caerulea.

Ad ſpecimina ſicca Herbarii Schreberiani, qui plantam olim in horto coluerat.

Obſ. 2. Corollae magnitudo multum recedit ab illa, quam Tournefortius in planta fera vidit, quae ſesqui - uncialis fuit. Sed illa in ſolo libero colebatur, in olla ſpecimina Schreberiana, quod multum ad magnitudinem omnium partium, etiam floris, facit, quod etiam aliae plantae docuerunt.

22. Echium proſtratum.

E. caulibus proſtratis, hiſpidis; foliis obverſe lanceolatis, ſcaberrimis, remote ſetoſo - ciliatis; floribus ſecundis, ſolitariis, extrafoliaceis. ⊙

Echium proſtratum. Hort. reg. neapol.

Habitat in Regno Neapolitano.

Obſ. Caules proſtrati, verrucis fuscis ſetiferis punctati. Folia alterna, obverſe oblongo - lanceolata, apice obtuſiſſima, aſperrima, maculis minutis pallidioribus notata, quae tamen ſub lente evanescunt; margo ſetis remotis ſubciliatus. Flores plerique extrafoliacei, ſparſi, ſolitarii; corolla aquoſe caerulea, vix calyce longior, qui ab illius lapſu increscit, foliolis tum uno maximo, duobus aequalibus, plerumque majoribus quam alterum par, quod praeterea ſemper anguſtiora foliola habet.

Ad plantam, quam olim in horto Academiae Regiae Scientiarum colueram, ſemine ex Italia accepto, quae vero iterum periit.

SYNOPSIS SPECIERUM GENERIS HELIOTROPIORUM.

SCRIPSIT

Dr. J. G. C. LEHMANN.

SYNOPSIS SPECIERUM GENERIS HELIOTROPIORUM.

I. Spicis ebracteatis, novellis ſpiraliter revolutis.

1. Heliotropium amplexicaule. Vahl.

H. caule fruticoſo, foliis ſemiamplexicaulibus lanceolatis obtuſis obſolete repandis ſubcanescentibus, ſpicis terminalibus aggregatis.

Habitat in Brasilia. ♄. (v. ſ.)

2. Heliotropium peruvianum. Linn.

H. caule fruticoſo, foliis petiolatis oblongo - lanceolatis rugoſis, ſpicis terminalibus ramoſis, tubo corollae vix longitudine calycis.

H. odoratum Moench. Method. pag. 415.

Icon. Curt. Magaz. f. 114.

Habitat in Peruvia. ♄ (v. v.)

3. Heliotropium corymboſum. Ruiz et Pav.

H. caule fruticoſo, foliis oblongo - lanceolatis baſi attenuatis acutis deflexis, ſpicis aggregato - corymboſis, tubo corollae calyce duplo longiori.

Icon. Sims bot. Magaz. t. 1609.

Fl. Per. Vol. 2. tab. 107. f. a.

Ha-

Habitat in Peruvia. ♄. (v. v.)

Obſ. Hortulanis vocatur Heliotropium grandiflorum.

4. Heliotropium oppoſitifolium. Ruiz et Pav.

H. caule fruticoſo, foliis ovatis latis acutis integerrimis retrorſum aſperis, ſpicis dichotomo - corymboſis.

Icon. Fl. Per. Vol. 2. t. 108. f. b.

Habitat in Munnae aridis. ♄.

5. Heliotropium incanum. Ruiz et Pav.

H. caule fruticoſo, foliis craſſis ovatis acutis crenulatis ſupra rugoſiſſimis lineatis retrorſum ſcabris, ſubtus mollioribus incanis, ſpicis dichotomo - corymboſis.

Icon. Fl. Per. Vol. 2. t. 108. f. a.

Habitat in Huanaci collibus aridis. ♄. (v. ſ.)

6. Heliotropium viridiflorum. n. ſp.

H. caule fruticoſo erecto hiſpidulo, foliis craſſiusculis petiolatis ovatis integerrimis ſupra ſcabriusculis ſubtus velutinis, pedunculis bifidis divaricatis, ſpicis terminalibus ſubcorymboſis.

Habitat in India Orientali. ♄. (v. ſ.) *)

7. Heliotropium lanceolatum. Ruiz et Pav.

H. caule fruticoſo erecto, foliis breviter petiolatis lanceolatis rugoſis aſperis, ſpicis terminalibus dichotomo - corymboſis.

Icon. Fl. Per. Vol. 2. t. 111. f. a.

Habitat in Pillao et Huanaci nemoribus. ♄.

8. He-

*) Nomine Lithoſpermi viridiflori Roxburgii ſpecimina ex India orientali allata benevole mecum communicavit Cl. Hornemannus, Profeſſor Hafnienſis.

8. Heliotropium citrifolium. n. ſp.

H. caule fruticoſo erecto glabro. foliis craſſis petiolatis oblongis glabris ſupra nitidis, ſpicis terminalibus aggregatis corymboſo - ſubcapitatis.

Habitat in America meridionali. ♄. (v. ſ.)

9. Heliotropium latifolium. n. ſp.

H. caule fruticoſo erecto glabro, foliis alternis brevi - petiolatis ovatis ſubglabris, ſpicis conjugatis ſolitariisque elongatis.

Heliotropium latifolium H. W. *)

Habitat in Cumana. ♄. (v. ſ.)

10. Heliotropium curaſſavicum. Linn.

H. caule herbaceo, foliis ſuboppoſitis anguſto - lanceolatis obſolete venoſis, glabris glaucis, ſpicis conjugatis ſolitariisque.

Heliotropium glaucophyllum Moench. Method. Suppl. p. 147.

β H. chenopodioides Humb. et Bompl. -- Willd. Enumerat. pl. hort. ber. Vol. I. p. 175. **) — Icon. Sloan. hiſt. 1. t. 132. f. 3.

Habitat in Americae meridionalis maritimis. ⊙. (v. v.)

11. Heliotropium linifolium.

H. caule fruticoſo paniculato glabro, foliis linearibus ſubglabris, ſpicis racemoſis ſolitariis filiformibus lateralibus terminalibusque elongatis, floribus pedicellatis diſtantibus.

H.

---

*) Litteris H. W. ſignificavi, plantam eo nomine in Herbario Willdenowiano aſſervari; Willdenowius utrum nomen impoſuerit, an ab alio Botanico hoc nomine notatam acceperit, equidem neſcio.

**) Obſ. Iterum iterumque examinatis Heliotropiis curaſſavico Linnaei et chenopodioide Humboldti et Bomplandi vix aliquam differentiam ſpecificam inter has plantas intereſſe vel contra horum clariſſimorum virorum ſententiam equidem putaverim. Differunt enim tantummodo foliis latioribus et anguſtioribus, brevioribus et longioribus.

H. linifolium Lehmann in Act. Soc. Nat. curioſ. Halenſ. Vol. 3. p. 8. Myoſotis fruticoſa Linn.

Habitat in Promontorio Bonae Spei et in India orientali. ♄. (v. ſ.)

12. Heliotropium zeylanicum. Lamarck.

H. caule fruticoſo ramoſo piloſo, foliis linearibus ſupra ſcabris ſubtus villoſis, ſpicis terminalibus filiformibus ſolitariis elongatis, floribus ſeſſilibus.

Heliotropium curaſſavicum β zeylanicum Burm. Fl. Ind. p. 41.

Heliotropium fruticoſum Forsk. Fl. Aegypt. Arab. p. 38.

Icon. Burm Fl. Ind. t. 16. f. 2.

Habitat in Zeylone atque Arabia felici. ♄. (v. ſ.)

13. Heliotropium filiforme. n. ſp.

H. caulibus ſuffruticoſis erectis virgatis, foliis petiolatis lineari - lanceolatis obtuſiusculis ſtrigoſo - piloſis, ſpicis filiformibus, lateralibus ſolitariis, terminalibus conjugatis.

Heliotropium filiforme H. W.

Habitat ad Oronocum. ♄. (v. ſ.)

14. Heliotropium canescens. n. ſp.

H. caule frutescente erecto, foliis lanceolatis baſi anguſtatis apice mucronatis ſtrigoſo - pubescentibus, junioribus incanis, ſpicis conjugatis ternatisque.

Heliotropium canescens. H. W.

Habitat in Braſilia. ⊙. (v ſ.)

15. Heliotropium gnaphalioides. Linn.

H. caule fruticoſo incano, foliis lineari - ſubcuneiformibus obtuſis incano-tomentoſis, pedunculis dichotomis, ſpicis ſubſolitariis compactis.

Icon.

Icon. Moris. Hist. Vol. 3. Sect. 11. t. 28. f. 6.

Habitat in Jamaicae maritimis. ♄. (v. s.)

16. Heliotropium inundatum. Swartz.

H. caule frutescente, foliis oblongis obtusis canescenti - pilosis, spicis terminalibus erectis quaternis.

Habitat in Insulis Caribaeis, in Jamaicae locis submaritimis. ♄. (v. s.)

17. Heliotropium decumbens.

H. caule fruticoso decumbente, foliis ellipticis strigosis, spicis filiformibus conjugatis ternatisque.

H. decumbens Lehm. in Act. Soc. Nat. curios. Halens. Vol. 3. p. 16.

Habitat in Cumana. ♄. (v. s.)

18. Heliotropium gracile. Brown.

H. caule erecto, foliis oblongo - lanceolatis acutiusculis planis utrinque cinerascentibus pilis adpressis, spicis conjugatis solitariis, calycibus inaequalibus. Brown Prodr. Fl. Nov. Holl. p. 493.

Habitat in littoribus Novae Hollandiae.

19. Heliotropium microstachyum. Ruiz et Pav.

H. caule herbaceo procumbente, foliis ovato - oblongis planis pubescentibus subtus incanis, spicis brevibus aggregatis.

Icon. Fl. Per. Vol. 2. t. 110. f. b.

Habitat in aridis Termae. ⊙ (v. s.) *)

20.

*) Semina quidem detectores Ruiz et Pavon in hac planta duo bilocularia esse dicunt, et hac de causa. Cl. Persoon plantam hanc ad Messerschmidiam vel novum genus referendam esse putavit. Attamen in exemplaribus Musaei Societatis Naturae Scrutatorum Berolinensium, ab ipsis detectoribus acceptis, nuces interdum quatuor observavi.

20. Heliotropium pilosum. Ruiz et Pav.

H. caule suffruticoso procumbente, foliis lato - lanceolatis integerrimis pubescenti - pilosis, spicis brevibus subquaternis.

Icon. Fl. Per. Vol. 2. t. 110. f. a.

Habitat in Limae collibus aridiusculis. ♄. (v. s.)

21. Heliotropium microcalyx. Ruiz et Pav.

H. caule suffruticoso erecto, foliis oblongo - lanceolatis subacuminatis integerrimis, spicis oppositifoliis dichotomis, calycibus minimis quinquedentatis.

Icon. Fl. Per. Vol. 2. t. 109. f. b.

Habitat in Peruviae collibus. ♄.

22. Heliotropium humile. Lamarck.

Verum in id quoque debet attenti, Fucos, — quos optime Confervas duplicatas et corticatas diceres, — propagula ſ. ultima producta, in quibus ſumma verſatur vis vegetativa, organis ferre incluſa propriis, inde emittenda; quum e contrario Confervae ſimplices virides **) gongylos, tanquam ramulos depauperatos, excretionis ſpecie ejiciant. Cyathus vero ille, quem Fuci verſiculoſi eſſe pirmordium cognovimus, ſporas continens liberas, dignitate aequat Confervam abſolutam. Nec aliud intercedit diſcrimen inter Confervam Fucumque, quam quod illius organum nobiliſſimum — vegetationis culmen dicere poſſes — hujus referat infimum atque metamorphoſeos ſtruat fundamentum. Quum vero Fucorum propagula ipſi ſint filorum articulatorum atque in glomerulos aggregatorum apices, Chararum cum Fucis affinitatem novo poteſt comprobari documento. — Fila nimirum Chararum ſecundum acutiſſimas Tuas obſervationes ex ipſis burſis infraaxillaribus, quaſi viviparis, progerminant; Fucorum vero delapſa in novam prolem ſuſcitantur.

Sur-

*) Quantum haec prima materiei organiſatae incrementa in regno vegetabili obſervata inter ſe conveniant, quantumve differant a materiei animalis formatione, quam globulis primum diſtinctis ſenſim ſenſimque ſeriatis atque connatis fieri Cl. Gruithuiſen refert — accuratius perſcrutari operae pretium videtur.

**) Ita nuncupando Confervas et aquae dulcis plurimas et marinarum aliquot, Charas Batrachospermum atque Confervas marinas, ill. Rothio Ceramia dictas, excludo.

Surculorum juniorum directionem in innumeris, quae vidi, ſpeciminibus variam inveni, plurimarum vero paululum curvam et arcuatam ac vernationis circinalis humile praebentem exemplum. Nec ſolis fluctuumque effectu in unum idemque latus deflecti videbantur; attamen plenariam vernationem circinatam vix in aliis quam in vegetabilibus omnino foliaceis obvenire exiſtimo, ratione e foliorum uſu atque dignitate petens. Anne Fuci phylloidei enascentes directionem arcuatam magis ſequantur, quam anguſti et filiformes, ulterioribus obſervationibus eruendum aliis relinquo. Equidem enim enimvero in iis obſervatiunculis, quas ignobiliores eſſe minorisque momenti bene ſcio, lubenter acquievi, quum non de eo ageretur, ut multis atque inauditis noſtram de Fucorum natura cognitionem ditem, ſed ut potius et repetendo, priusquam europaea littora relinquerem, Tuorum erga me officiorum recordationem, et faciendo teſtes eximiae, qua in Te feror, amicitiae litteras meas mihi ipſe ſatisfaciam. Vale.

Figurarum deſcriptio.

Tab. IV. Fig. I - X. Fuci veſiculoſi enascentis varia ſtadia, lente ſimplici conſpecta.

Fig. XI. Mucus cum tribus gongylis in clavas excrescentibus ſparſisque hinc inde filis radicalibus.

Fig. XII. Cyathus Fuci novelli, radicibus flexuoſis intra mucum radicalem ſerpentibus, compoſitus filis conſervoideis e baſi ſurſum directis.

Fig. XIII. Baſeos cyathi ejusdem ſectio transverſalis.

Fig. XIV. Sectio perpendicularis e ſuperficie baſeos cyathi novelli atque muci. a. Stirpis adſcendentis primum incrementum e filis geniculatis adhuc

dum

dum irregularibus atque vario modo curvatis. b. Prima filorum radicalium e muco congelascentium veſtigia.

Fig. XV. Sectio perpendicularis e medulla fuci adulti.

Fig. XVI. Sectio perpendicularis e cortice fuci adulti, qua fila confervoidea majora verſus ſuperficiem collocata eſſe comprobatur.

Fig. XVII. Pars glomeruli gongyliferi a. cum filis majoribus, quibus ſuspenditur. b. Fila minora radiatim expanſa. c. Gongyli convoluti in granulum. d. Gongyli ſeparali.

Fig. XVIII. Ramulus gongylifer maxime auctus.

DE PLANTIS NONNULLIS

E

MYCETOIDEARUM REGNO

TUM NUPER DETECTIS, TUM MINUS COGNITIS

COMMENTATIO PRIOR

DOCTORIS NEES AB ESENBECK ET FRIDERICI NEES

FRATRUM

ADJECTAE SUNT TABULAE II. AENEAE PICTAE.

I. Sporidermium Link. *Staubrasen.*

Character essentialis *). Sporidia erecta, sociata, opaca, elongata, apice incrassata, annulata, imposita.

Character naturalis. Caespitem rigidulum exhibent sporidia erecta, vel ob leviorem cum solo suo nexum prostrata et sibi vario modo incumbentia. Sub Microscopio composito lustrata Sporidia ista in diversis speciebus diversa, sed latitudine semper longiora, clavata, flexuosa vel curvata, clavato - cylindrica, subfusiformia, vel subfiliformia, vermium ad instar torta, rigidula fragilia, altero fine in clavam leniter incrassata altero, quo solo affiguntur, tenuiori, parum pellucidula, annulis plurimis opacis apicem versus approximatis versus basin remotioribus notata, superficie tamen aequa, nec usquam constricta apparent. Sub aqua cito et laete reviviscunt. — Apices sporidiorum longiorum, vi divulsi, Helmisporii cujusdam majoras Sporas tam apte referunt, ut totum sporidium pro spora in fibram extensa per se vegetante, soloque innata, habeas.

Locus natalis in lignis emortuis.

Transitus in hoc genere a Coniomycetibus liberis ad Byssos epiphytas et ab his ad Byssos solidas conspicuus est. Est scilicet spo-

*) Ob novas species, quas nuper reperimus, generi isti haud dubie annumerandas, character essentialis mutandus erat atque fusiori descriptione illustrandus.

sporidium solo innatum coelum petens, quo in fibrae speciem producitur sporidii typum in apice incrassato sibi quasi vindicantis. — Erineum sensu latiori, in ligno putrescente libera vi progenitum. Fibrae Erinei, per se aequales, in hoc apice dilatantur cupulasque Rubiginum innuunt.

Accedunt annuli, vivi motus interni indices: apex clauditur, basis levius adhaeret matri, — sic fibrae, tamquam sporae, in novae evolutionis fundamentum disseminantur. Sporidia, Helmisporiorum sporis aequiparanda, ubi in formam fibrarum extenduntur elementa sunt simplicia Byssorum solidarum. Tum intrinsecus evolutae, qui annuli apparebant, discedunt et singuli totam fibram, quoad potestatem, referentes, Moniliam pluribus quasi Sporidermii sporidiis, alternis vicibus contractis iterumque expansis constructam, gignunt, ex qua denique evolutio ad reliqua genera progreditur. — Quod Caeoma Coniomycetibus, — Helicomyces universo Naematomycorum regno, — quodve Erineum atque Rubigo inter Byssos, idem Sporidermium superiori loco Byssorum solidarum refert, tanquam radix atque fundamentum solo primordiali antediluviano insertum.

1. Sporidermium atrum Lk. *Schwarzer Staubrasen.*

Sp. caespitibus angustis longiusculis atris, sporidiis clavatis obtusis. Berl. Mag. 3. 1. p. 41. T. II. f. 64. — Nees Syst. p. 22. T. 1. fig. 18.

2. Sporidermium fusiforme nobis. *Spindelförmiger Staubrasen.*

Sp. effusum, incrustans, nigrum, sporidiis fusiformibus rectis utrinque acutis. Icon. Tab. V. f. 1.

Descriptio. Sine ordine, ut crusta atra crassitie vix 1/8 Lineae, effusum, nudo oculo inaequale et exasperatum, sub lente setulas minutissimas monstrat, hinc densius coacervatas decumbentes sibique impositas, illinc erectas, ut breves apiculae exstantes nigras, pingui nitore conspicuas.

Sub.

Sub M. C. Sporidia erecto - coacervata, denſe ſibi appoſita, elongato-filiformia, altero fine, inferiori dico, magis attenuata, altero obtuſiori, apparent, recta, opaca, luci tamen aliquo modo pervia, fusca, denſe annulata, annulis longitudine ipſorum diſtantibus. Differt a praecedente: Sporidiis longioribus fuſiformibus utrinque attenuatis, nec tam diſtincte clavatis, et modo crescendi.

Inveni in ligno trunci Quercus caeſae, die 29. Martii 1817. in conſortio Helicotrichi pulvinati, in nemore Moenobernhemenſi. D. N.

Explicatio iconum.

a) magnitudine naturali

✝ Pars caeſpitis a vertice diffecti, Augm. A.

✝✝ Sporidia libera, Augm. B.

3. Sporidermium vagum nobis. *Zerſtreuter Staubraſen.*

Sp. laxe effuſum, nigrum, ſporidiis elongato - clavatis flexuoſis. Icon. noſtra Tab. V. fig. 2.

Deſcriptio. Caeſpituli planuisculi, laxi, e ſubrotundo effuſi, diametri circiter ſemiuncialis, nigri, ſubvelutini, exorti e ſporidiis, fibras aemulantibus, nudo oculo vix conſpicuis ſimplicibus rigidulis primum erectis dein, cum e baſi ſolvantur, decumbentibus ſibique vario modo implexis et fundo arcte adrepentibus, ut, vitris modice augentibus luſtratae, ob nitorem quendam, quo praeditae ſunt, Oscillatoriam fere vaginatam Vaucheri referant.

Sub Microscopio compoſito, adfuſa aqua, ſporidia filiformia, apice modice incraſſata et obtuſa, baſin verſus attenuata, ſporidiis praecedentium ſpecierum duplo longiora, jam pleraque flexuoſa atque curvata, pauciſſima recta aut ſubincurva, mox ſedem ſuam relinquunt magisque curvantur et

vi

vi elastica saepe dissiliunt; cito aquam imbibunt turgentque; nonnulae fractae sparguntur.

Color fuscescens inter annulos obscuriores apicem versus crebriores emicat.

Siccatum persistit.

Observatio. In plurimis caespitulis observavimus floccos tenuissimos pellucidos articulatos parce ramosos, sub aqua vegetos strictosque, articulis diametrum longitudine superantibus, geniculis tenuissimis obscuris, qui jam simplici lente adspecti ut fila araneosa alba caespitulos pervagantia hypothallum quasi efficere videbantur, deesse autem in aliis, unde, an speciei proprii sint addicti, an casu admixtae, Mucedinis (Confervae?) incognitae partes? determinare non potuimus.

Invenimus in ligno Tiliae (?) putrido nemoris humidi prope Sickershausen, foliis putrescentibus supertecto, die XII Martii Mensis 1817. D. et F. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali

✝ α Sporidia ligno imposita, Augm. A.

✝ β Sporidia quaedam soluta, Augment. A.

✝ γ Sporidia aliquot decumbentia, floccis, quorum in descriptione mentionem fecimus, intertexta, Augm. A.

II. Bactridium Kunze. *Stäbchenstaub.*

Char. essent. Sporidia coacervata, elongata, subannulata, utrinque hyalina, pedicellis filiformibus subramosis repentibus affixa.

Char. nat. Acervuli variae magnitudinis, nudo oculo recentes solidiusculi, exsiccatione farinosi decoloratique, lignis et plantis emortuis incumbunt, colore amoeno oculos allicientes. Sub Microscopio composito lente diffluunt in sporidia totius seriei maxima, lateribus suis invicem arcte

con-

contigua, ex oblongo cylindrica, altero fine, eoque ſaepe attenuato, in pedicellos filiformes elongatos tenues hyalinos ſubannulatos et ſubinde ramoſos abeuntia, qui, cum ob flacciditatem ſolo ſuo incumbere cogantur, floccorum fere ſeu hyphae decumbentis Mucedinum ſpeciem efficiunt — in aliis denſioris, magisque conſpicuae, in aliis, ubi fragilior atque fugacioris vitae videtur, vix niſi poſt iteratas obſervationes rite diſtinguendae.

Sporidia ſingula in medio maſſa colorata aequabili obſcurata, et hac parte annulis 2. ad 5. obſcurioribus praedita, utraque extremitate hyalina, parte hac pellucida a parte colorata linea recta discreta. Siccitate expallescunt.

Locus in Syſtemate in limitibus Coniomycetum et Mucedinum, Fusidium atque Seiridium nectens et Acremonium innuens. Vis libera et quaſi aërea Fusidiorum, colore et perſpicuitate pollens, vix terrae affigitur mediante pedicello iſto tenui et fugaci, qui, ſolo incumbens vitam propriam et oppoſitionem activam elementorum hujus regni, in Mucedinum Ordine obviam, brevi vitae curriculo intendit.

Obſ. I. Floccos primum, ceu partem eſſentialem hujus vegetabilis, obſervaverunt Viri oculatiſſimi Schmidt et Kunze. Tum ipſe, ab iisdem monitus, in Bactridio carneo pedicellorum filiformium praeſentiam cognovi, multo tamen parciores aderant, quam e Bactridio ſuo candido (cujus examinandi nobis occaſio defuit,) in Fasciculis mycologicis Tab II. fig. 20. eosdem excudi juſſit amiciſſimus Schmidt. Pedicellum autem ramuli veſtigio praeditum, qualem fig. 21. f. tab. c. exhibet, ipſi poſtmodum vidimus Ob Sporidiorum copiam atque vim inter Coniomycetes reliquimus, donec recentiorum ſpeciminum perſcrutatio locum ambiguum firmet.

Obſ.

Obs II. „ Bacillaria est inter Coniomycetes " Kunze, unde nomen. Conf. Bacillaria Palea et Bacillaria fulva *Nitsch Beyträge zur Infusorienkunde. Halle* 1817. *Tab. III.* Bacillaria est monas organica, cui oppositio interna centralis motum relativum versus exteriora vindicat, (unde segmenta pellucida centrum versus atque in hypomochlio quasi vitae: vide figuras citatas). Bactridium, intrinsecus quietum (opacum), vitae polos extrorsum vertit et, vi determinante extra se posita, figitur, hinc extremitates vacuae (negativae), et fines huic itaque versus exteriora nulli, cum in Bacillariis fines jamjam interiora versus soluti motum, eumque tamen summopere determinatum et in cohaesionem regularem ruentem, seu potius motus speciem fallacem, relinquunt.

1. Bactridium flavum. *Gelber Stäbelstaub. Kunze Myc. H.* 1. *p.* 5. *T. I. f.* 2.

B. luteo - flavescens, sporidiis cylindricis obtusis. Icon nostra Tab. V. Fig. 3.

Explicatio iconum.

a. Magnitudine naturali.

✝ Sporidia dispersa et conglobata, Augm. A.

2. Bactridium carneum nobis. *Fleischfarber Stäbelstaub.*

B. amoene carneum, sporidiis ellipticis utrinque acutis pellucidis. — Icon nostra Tab. V. f. 4.

B. carneum. *Kunze Myc. H.* 1. *p.* 73. *T. II. fig.* 21.

Descriptio. In trunco subputrido, locis humidis sylvaticis, caespitulos observavi variae magnitudinis, diametri lin. 1. ad 1 1/2, subrotundos subconfluentes molliusculos amoene carneos, qui sub Microscopio comp. in sporidia dissolvebantur elliptica, in medio subventricosa obscura pallide fuscella, annulis obsoletis 3. ad 5. instructa, utrinque acuta pellucida, basi in flocci, quo antea affixa videbantur, ramum attenuata. Flocci decumbentes, hyalini, articulati, articulis diametro sua longioribus.

Ob-

Obſervat. I. Color carneus demum in pallide cinereo - flavescentem mutatur.

Obſervat. II. Differt ab antecedente colore et ſporidiis longioribus ellipticis utrinque acutiusculis, nec cylindricis obtuſis.

In ſylvula Weilenſi prope Baſileam legi die 2 Nov. 1815. F. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudo naturalis, colore recenti, a *, idem colore expallido.

b) Lente auctum.

✢ Acervulus ſporidiorum, Augm. A.

✢ * Sporidia quaedam pedicellis integris cohaerentia, Augm. A.

III. Fuſarium Lk. *Kugelſpindel.*

Sporidia fuſiformia, ſeſſilia, diffuſibilia in ſtromate ſubgloboſo.

Fuſarium heterosporum nobis. *Ungleichſporige Kugelſpindel.*

F. monſtroſa graminum germina incruſtans, aurantio - rubrum; ſporidiis difformibus, aliis cylindricis ſubincurvis, aliis minoribus ſubgloboſis pellucidis. — Icon noſtra Tab. V. f. 5.

Synon. Fuſarium Lolii Link in Litt.

Deſcriptio. Semina Lolii perennis intumescentia maxima parte obducuntur ſtromate vix 1/4 Lin. craſſo ſubundulato pallide rubro, e floccis breviſſimis erectis denſe ſibi appoſitis formato et horum apicibus exſtantibus, ubi ſporidia diffluxere, quaſi denticulato. Sporidia magna copia inſtrata, parva, cylindrica, ſubincurva, obtuſa, ſubſeptata, pellucida, hinc inde granulis minutis farcta iisque obſcurata, inaequalis longitudinis, aurantio - rubra, ſub aqua citiſſime dilabentia, quibus innumera alia ſporidia, quadruplo - minora, globoſa, pellucida, lentius mota immiscuntur.

Testa feminis, paululum incrassata, rubedine tingitur, sub qua germen solidum, griseo - album, parum a solita textura degeneratum in conspectum venit.

Prope Berolinum urbem detexit Nobilissimus de Schlechtendal, rei herbariae studio alacri animo incumbens, a quo specimina quaedam accepit Vir clar. Link nobisque benevole concessit. D. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) Magnitudine lente aucta.

✢ Segmentum verticale, Augm. A. (90 - 100.)

1. Stratum internum,

2. —— medium

3. —— externum cum sporidiis.

✢✢ α Sporidia, Augm. B. (280.)

✢✢ β Sporidia interna, Augm. B.

✢✢ γ Textura stromatis interna, Augm. B.

IV. Exosporium Link. (Conoplea Lk. *Berl. Mag. Jahrg.* 7. *Qu.* 1. Perf. Syn) — *Borstenkugel.*

Sporidia cylindrica, obscura, annulata, stromati globoso innata, sursum libera, persistentia.

Exosporium Rubi nobis. *Brombeer - Borstenkugel.*

E. epiphyllum, nigrum, stromate haemisphaerico - depresso punctiformi, Area fusca limbato, sporidiis nudo oculo inconspicuis. Icon nostra Tab. V. f. 6.

Descriptio. Densissima grege foliorum Rubi caesii paginam superiorem inhabitat, singulari quodam habitu ea inquinans. Stromata variae magnitudinis, alia minutissima, alia fere capitis aciculae minoris magnitudine,

dine, hemiſphaerica, vertice plus minusve applanata et fere umbilicata, in ambitu interdum ſubangulata, nudo oculo ipſaque ſub lente acriori ad ſpeciem glabra. Singula haec area fuscescente obſcurius limbata ſuborbiculari diametrum ipſius quadruplo ſuperante cinguntur, quae areae ſaepe inter ſe confluunt. Microſcopio compoſito ſubjectum ſtroma e maſſa grumoſo-celluloſa obſcura conſtare videtur, ordine quodam regulari poris ſeu maculis orbicularibus remotis in lineas quaſi diſpoſitis, luci prae reliqua maſſa perviis, notatum, ſuperficie omni ſporidiis brevibus ſubcylindricis obtuſiusculis ſeptatis obſcure pellucentibus pubente.

Prope Lipſiam detegit ſero autumno amicus Kunze, Med. Bacc. D. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) Magnitudine lente aucta.

✝ α Stroma integrum a latere viſum, Augm. A.

✝ β Pars ad perpendiculum exſecta, Augm. A.

✝ γ Segmentum transverſale ſtromatis majoris lobati, poris ſex pellucidis, Augm. A.

V. Atractium Lk. *Kopfſpindel.*

Sporidia fuſiformia, ſimplicia, pellucida, e vertice ſtromatis globoſi longius pedicellati diffluentia.

Atractium pallens nobis. *Bleiche Kopfſpindel.*

A. erumpens, capitatum, ſtipite cavo ſub epidermide latente, capitulo ſubgloboſo pallide cineraſcente. — Icon noſtra Tab. V. Fig. 7.

Deſcriptio. Stipes cortici immerſus, cavus, ſemilineam longus, ex cinereo ſubruſescens, intus obſcurior, baſi ſua dilatata ſub epidermide ſeſe expandit. Capitulum e ramulo prominens, ad ſpeciem ſeſſile, minutum,

vix

vix tertiam partem lineae diametro aequans, globosum seu compressiusculum, albido-cinereum, subpulverulentum. Microscopium compositum sporidia ostendit copiosissima aqua cito diffluentia fusiformia curvata pellucida septata, septulis circiter octo.

In ramulo alneo emortuo sparsim habitans legit in sylvula Weilensi prope Basileam Mense Aprili 1816. F. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) ——— lente aucta.

b * Longitudine dissectum lenteque acuta auctum.

✢ Stroma cum sporidiis, Augm. A.

✢✢ Stromatis frustulum sporidiis altera extremitate impositis, Augm. B.

VI. Periconia nobis. *Keimknopf.* (Periconiae species P.)

Character essentialis. Stroma solidum, subulatum, apice inspersum sporidiis nudis globosis fixis capitulum clavamve constituentibus.

Character naturalis. Stroma solidum, opacum, rigidiusculum, filiforme vel subulatum, apice capitatum vel clavatum. Capitulum e sporis constat ratione plantulae magnis globosis subopacis arcte cohaerentibus, ut aqua adfusa non nisi post aliquot horas elapsas paullatim dilabantur. Quibus demum dispersis, stromatis apex obtusus, in aliis subclavatus, pellucidulus in conspectum venit. Hypostroma interdum adest tenue, locum, quem inhabitat, obfuscans.

Habitatio. In caulibus plantarum emortuis ramulisque.

Locus in Systemate inter Coniomycetes ante Calycium.

1) Periconia subulata nobis. *Pfriemenförmiger Keimknopf.*

P. nigra, capitulo lanceolato canescente. — Icon nostra Tab. V. fig. 8.

De-

Descriptio. Sparsa, subinde subfasciculata, in glande Quercus putrescente semel nobis occurrit die XII Martii 1817, vix lineam longa. Stroma flaccidum, subulatum, compressiusculum, nigrum, apice denudato hyalino. Nudo oculo apex, ad mediam fere altitudinem nebula quasi cinerascenti obvolutus, clavulam parvam sistit, quae Microscopio composito subjecta et aqua irrorata, in sporidia crebra globosa pellucidula lento motu dissolvitur.

Legimus in nemore prope Sickershausen loco natali in descriptione indicato.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.
b) ——— lente aucta.
✠ Eadem, Augm. A.

2. Periconia byssoides P. *Schimmelförmiger Keimknopf.*

P. nigra, capitulo globoso concolore. — Icon nostra Tab. V. fig. 9.

Synonyma. Periconia byssoides Persoon Syn. meth. fung. p. 686. 2. Alb. et Schw. Consp. Fung. 1066.

Descriptio. Longe lateque investit caules herbarum, Malvacearum praesertim, emortuos et cortice denudatos, maculis irregulariter confluentibus, in fundo cinerascenti-nigro effusa, nudo oculo vix usurpanda, octavam ad summum lineae partem altitudine aequans. Stroma filiforme, rigidum, erectum, apice pellucens et saepe incrassatum. Capitulum globosum, inaequale, nigrum, caducum, e sporis globosis paucis grandiusculis compactum, quae, dum diffluunt, fundum inter stromata, aliquando sibi satis approximata, nigredine illa tingere videntur.

Prope Basileam autumno et vere frequens. F. N.

Ex-

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.
b) ——— lente aucta.
✝ Eadem, Augm. A.
✝✝ Stroma cum sporis, Augm. B.

VII. Erineum Lk. (Phyllerium Fries). *Rostflocke.*

Fibrae simplices, tortae, in foliis languescentibus caespitosae.

Erineum alneum nobis. *Erlen - Rostflocke.*

E. pulvinatum, planiusculum, floccis densissime intricatis, ex albido-demum ferrugineis. — Icon nostra Tab. V. fig. 10.

Descriptio Caespituli densi, variae magnitudinis, ex subrotundo-oblongi, planiusculi, grumoso - tomentosi, aetate juniore pallide cinerascentes, adultiores flavo - ferruginei sparsim inhabitant paginam inferiorem foliorum Betulae incanae. Fibrae sub Microscopio composito apparent subtubulosae, obtusae, varie tortae, pellucidae, plicis obscurioribus.

Differt ab Erineo tiliaceo P., cui, nudo oculo adspectum, accedere videtur: fibris brevioribus duplo amplioribus plicato - tortis, magis flaccidis, neque, ut in illo, — cujus Iconem videas in Tab. nost. Fig. 10. B. — filiformibus aequalibus strictiusculis, plerisque arcuatis uncinatisve.

In agro Basiliensi prope St. Jacob ad ripas torrentis Birsae, Mense Septembri. F. N.

Explicatio figurarum.

a) Erineum alneum magnitudine naturali.
✝ Fibrae aliquot solutae, Augm. A.
Fig. 10. B.
✝ Erineum tiliaceum, Augm. A.

VIII.

VIII. Helmiſporium Lk. *Ringelflocke.*

Fibrae erectae, rigidae, ſubramoſae, opacae, aggregatae, ſporis oblongo - clavatis *) annulatis, deciduis.

1. Helmiſporium ſimplex. Kunze in litteris. *Einfache Ringelflocke.*

H. denſe caeſpitoſum, effuſum, atrum, fibris erectis ſimplicibus in medio ſubconglutinatis, ſporis ellipticis utrinque acutis undique inſperſis obſolete ſeptatis. — Icon noſtra Tab. V. fig. 11.

Deſcriptio. Ligna arida tomenti ad inſtar craſſiusculi denſiſſimi nigro - olivacei, ſemiuncialis et majoris diametri inveſtit, vix apicibus fibrarum parum lente conſpicuis, — quae, Microſcopio compoſito ſubjectae, ſimpliciſſimae apparent, breves, obtuſiusculae et ſpatio quodam interjecto diſtantes, quo poſſint ſecundum totam longitudinem ſe tangere; ſub aqua parum pellucidae ſunt, apicibus tamen dilucidioribus, obſcureque ſeptatae. Sporae creberrimae, clavatae, obtuſae, fuſcae, 3 - 5 - annulatae, ad baſin fibrarum magna copia aggregatae, unde habitus caeſpituli oritur tomentum ſimulantis.

In ligno Salicum emortuarum Lipſiae legit Vir amiciſſimus Kunze et nobis benigne communicavit. Viget tempore aeſtivo. D. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

✢✢ Pars caeſpitis verticaliter diſſectae, Augm. B.

✢✢✢ Spora ſingula, Augm. C.

2. Hel-

---

*) Helmiſporia ſporis globoſis, quae vir Cl. Link in Continuatione Obſerv. (*Berl. Mag. Jahrg.* 7. *Quart* 1.) huc induxit, proprium genus ſibi poſcere videntur, cui tamquam regula H. cariſpermum Lk. l. c. praeeſſet.

2. Helmisporium tenuissimum. Kunze in litteris. *Dünnste Ringelflocke.*

H. laxe caespitosum, fibris erectis simplicibus olivaceo - nigris, sporis ad basin coacervatis ovato - clavatis. — Icon nostra Tab. V. fig. 12.

Descriptio Fibrae tenuissimae, nudo oculo vix observabiles, maculas formant irregulares unciam et ultra longas, coloris atri in olivaceum tendentis; sub Microscopio composito subpellucidae, fuscae, obsolete articulatae. Sporae ratione plantae magnae, 3 - 4 loculares, pellucidae, septatae, septulis 3 ad 4, densis stratis fibrarum basin obtegunt.

In caulibus aridis plantae umbelliferae cujusdam prope Lipsiam legit Cl. Kunze. Nos prope Sickershausen. D. N.

Adnotatio. Haec species est, quam olim nomine Helmisporii clavuligeri amicis communicavimus.

Explicatio figurarum,

a) Magnitudine naturali.

✠✠ Fibrae cum sporis, Augment. B.

3. Helmisporium subulatum nobis. *Pfriemenförmige Ringelflocke.*

H. fibris distantibus subulatis subsimplicibus nigris, sporis clavatis septatis parcis, basi adhaerentibus. Icon nostra Tab. V. fig. 13.

Descriptio Maculae suborbiculari nigricanti innascuntur Fibrae nudo oculo conspicuae, diffitae, crebrae tamen, longitudine circiter lineae, nigrae, aequales, acutae, quae sub Microscopio composito omnino opacae cernuntur, neque annulatae, a basi ad apicem sensim attenuatae et subulatae, pleraeque simplicissimae, rectiusculae aut leviter undulatae, strictae, immixtis tamen aliis apice vel basi furcae in modum divisis. Sporae arcte juxta basin adhaerent, sub aqua motis fibris tandem diffluentes, pleraeque longitudine sua fibris

ap-

appoſitae, paucae altero fine, quaſi pedicello, affixae, oblongo - clavatae, obtuſae, baſi elongatae, ſeptatae, fusco - pellucentes.

Differt ab H. velutino, cui propius accedit: fibris multo magis diſſitis brevioribus ſubulatis, nec ſubcylindricis, -- acutis, nec obtuſis, rariſſime tantum apice baſive diviſis, plerisque ſimpliciſſimis, tenuibus, Sporis parcis, baſi adhaerentibus; — ab H. minore Lk. ſporis clavatis.

Habitat in ramis quercinis, putridis, cortice adhuc tectis. Legi die 29 Mart. 1817. in dumetis nemoris Moenobernhemenſis. F. N.

Explicatio figurarum,

a) Magnitudine naturali.

b) Magnitudine lente aucta.

✝ Fibrae cum ſporis, Augment. A.

4. Helmiſporium nanum Lk. *Niedere Ringelflocke.*

H. effuſum, nigrum, fibris furcatis ſimplicibusve ſubnodoſis, ſporis ſubcylindricis ſparſis, fibris parum brevioribus. Icon noſtra Tab. V. fig. 13. B.

Synonyma. Nees Syſtem. pag. 67. T. 5. f. 65.

Deſcriptio. Maculae longitudinaliter effuſae, variae magnitudinis, atro - nitidae, ſubvelutinae nudo oculo in ligno emortuo apparent, cujus ſuperficies canescens, carie orta, hypothallum interdum ſimulat. Lente illuſtratum, ſetulas erectas ſeu parum curvas rigidulas furcatas nigras exhibet, quae ſub Microſcopio compoſito, cum ſporidiis hinc inde ſparſis, ſtructuram generi communem oſtendunt.

Obſervatio. In exemplaribus a Cl. Kunze Lipſiae lectis geneſin ſporarum Helmiſporii obſervavimus: Rami apicem verſus abeunt in articulos aliquot plus minusve diſtinctos, quorum ſepta contrahuntur eosque forma ovali oblongave ab invicem ſejungunt. Tum apicibus, aucta dia-

metro, incrassatis, rami ipsi abeunt in sporas oblongas cylindricas obtusas, tri - quadriannulatas, colore fuscidulo pellucente insignes. Vidi et alios ramulos, eosque paulo graciliores pellucidulos, qui distincte articulati quasi defecisse sibi, ne in sporas perfectas abirent, videbantur. Sporae, dum immaturae a fibris solvuntur, ramuli partem aut ramulum ipsum secum auferunt et quasi caudatae apparent. D. N.

Explicatio figurarum.

✢ Fibrae aliquot, ramulis vario modo in sporas abeuntibus, Augm. A.

✢ * Spora cum ramuli parte soluta, Augm. A.

IX. Gonytrichum nobis. *Knotenfaser.*

Character essentialis. Fibrae implexae, ramosae, nodoso - articulatae; ramulis subverticillatis. Sporae globosae, insperfae.

Character naturalis. Fibrae decumbentes, ramosae, implexae, opacae, per intervalla regularia nodosae, ramulis, e nodis, subverticillatis strictis. Sporae minutae, globosae, in ramulorum apicibus solitariae fibrisque copiose insperfae, sub aqua fugientes.

Locus naturalis in Systemate nostro ante Circinotrichum Tab. V. fig. 66., quocum propriam seriem, Mucedines diffluentes in hac tribu exhibentem, constituere videtur; quod scilicet Acremonium est inter Mucedines, idem hoc nostrum Gonytrichum esse inter Byssos discretas conjicimus.

Habitatio in lignis emortuis subputridis.

Gonytrichum caesium nobis. *Blaugraue Knotenfaser.*

Gon. caespitulis pulvinatis, fusco - caesiis. — Icon nostra Tab. V. fig. 14.

Descriptio. In ramis arborum ac fruticum (Quercuum) locis humidis putrescentium ad epidermidem caespitulos haemisphaerico - pulvinatos,

tos, diametro lineae unius ad duarum, nunc ſolitarios, ſaepe tamen confluentes format, in ſtatu recenti caeſio - cinereo rore ſuperinductos, quo demum evanescente, floccorum color e fusco - olivaceus apparet; ſuperficies ſub aequa, ramulorum apicibus exſtantibus, per vitra augentia pubescens. Pars caeſpituli Microſcopio compoſito ſubjecta oſtendit Fibras tenues rigidas, tamen obſcuras, flexuoſas ramoſiſſimas denſeque implexas, exarticulatas quidem, per intervalla tamen regularia nodis globoſis fibrae diametrum duplo ſuperantibus hiſpidulis praeditas, e quorum ſingulo ramuli ſolitarii, bini ad quini, ſubulati, inaequales, ſtricti, patentes oriuntur. Ramuli longiores iterum nodoſi; breviores ſimplices et hi praeſertim, cum planta eſt recens, neque humectata, ſporis ſingulis (an ſporarum globo?) in apice praediti ſunt. Dum aqua adfunditur, ſporae minutiſſimae, globoſae, pellucidae maxima copia undique e caeſpite diffluunt, quae forſan circa nodos fibrarum ſtatu ſicco colliguntur; ramuli quoque tum, cum aqua imbuuntur, ſemper nudi, globulisque apicum deſtituti obſervantur.

Obſervatio I. Fibrae ſub aqua cito reviviscunt laeteque rigent.

Obſerv. II. Anne nodi, quibus fibrae inſtruuntur, ſint ſolidi, an potius e ramulorum breviſſimorum complexu, ut in Conferva atra Hudſoni, oriantur horumque apicibus exſtantibus exaſperentur, huc dum extricare non valuimus.

Unica vice a me in ramulo quercino, foliis putrescentibus obtecto, locis humidis nemoroſis (nemoris Michelfeldenſis) prope Sickershauſen repertum die XII Martii Menſis 1817. D. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

✢ * Pars caeſpitis ſtatu ſicco contemplata, ſporarum glomerulis jam ramulis et nodis adhaerentibus, Augm. A.

✢ * * Eadem ſporis ſub aqua diffugientibus.

✢✢ Fibra ſolitaria cum ſporis, Augm. B. X.

X. Helicotrichum nobis. *Wickelfaser.*

Character essentialis. Fibrae decumbentes, ramosae, implexae. Sporae spirales, subseptatae, fugaces.

Character naturalis. Fibrae densis caespitibus sibi implexae, decumbentes, rigidulae, humiditate strictae et vegetae, opacae, obsolete septatae septis approximatis, ramosae, ramis ramulisque parcis patentibus acutiusculis. Sporae creberrimae, sub fibrarum contextu pleraeque coacervatae, intrante aqua rapidissimo motu diffluentes, primo intuitu sub lente microscopii compositi mediocri globosae, aliae omnino aequales ambitu, aliae subangulatae, aliae septuli transversi lateralis specie, aliae denique cauda obliqua instructae, quas, acrius tandem lustratas, adinstar sporarum Helicosporii e tubulo simplici brevissimo subseptulato semel in se intorto constare videmus, utroque fine obtuso, exteriori plus minus divergente, unde diversae sporarum figurae.

Locus in Systemate: ante Helicosporium. Est scilicet Helicomyces fibris intricatis subjectus, illud autem est Helicomyces inter fibras erectas disseminatus magisque suis legibus vigens.

Species unica:

Helicotrichum pulvinatum nobis. *Polstrige Wickelfaser.*

H. pulvinatum irregulare, fibris mollibus olivaceis, sporis luteo-viridibus. — Icon nostra Tab. V. fig. 15.

Descriptio. Caespes 2-4 lineas latus, vix 1/2 lineam altus, ambitu irregularis, subrotundus, bombycinus, tener, sordide olivaceus cum tinctura lutei coloris e fundo emergentis. Sub lente fibrae in conspectum veniunt valde contextae, tenuissimae, tum quoque vix fili aranearum retis crassitie, et lutei quid fundo, ut pollinis subtilissimi stratum, incumbens. Sub Microscopio composito, aqua addita, fibrarum apices eriguntur rigentque,

que, et ſporae creberrimae, ut mox aquae guttulam turbent, diffugiunt, pellucidae, iis Helicoſporii vegeti duplo fere minores, minus regulares, tardiusque altero fine hiantes, ut primo intuitu Sporotrichum credas. Fibrae diverſae craſſitiei, ſed omnes pertenues, opacae, annulis obſcurioribus, vix dimidia diametri fibrarum longitudine diſtantibus, diviſae, ramoſae, ramulis patentibus.

Legi die 29. Martii 1817. poſt hiemem lenem pluvioſam, Jan. et Febr. menſſ. vix unquam glaciem paſſis, Martio autem ſaepius frigore rigente, in vicino nemore (*Mainbernheimer Wäldchen*) ad truncum caeſum Quercus, cum Sporidermio fuſiformi. F. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

✝ Fibrae intricatae cum ſporis, Augm. A.

✝ ✝ Fibrae duae ſeparatae cum ſporis, Augm. B.

✝ ✝ ✝ Sporae ſingulae, Augm. C.

XI. Torula Lk. *Haftfaſer.*

Fibrae decumbentes, ſimplices, ſaepe incruſtantes, articulis globoſis ſecedentibus.

Torula Tubercularíae nobis. *Haftfaſer der Kopfkugel.*

T. ſimpliciſſima, diſperſa, ſtricta, quadriarticulata, nigra, ſuperficiei impreſſa. — Icon noſtra Tab. VI. fig. 16.

Deſcriptio. Superficies Tubercularíae (vulgaris P.) dum laete viget nudo oculo lineolis minutiſſimis nigris, aliis ſparſis, aliis vario modo ac directione ſibi appoſitis, vix perſpiciendis notata apparet, quae quidem lineolae ſub lente acri ſuperficiei impreſſae et regulari modo toruloſae in conſpectum veniunt, tanquam e granis aliquot eſſent compoſitae. Lamina tenuiſſima ope cultelli e ſuperficie Tubercularíae ſectione horizontali

tali soluta et Microscopio composito in guttula aquae subjecta Torulam monstrat opacam rectam strictam simplicissimam, quae ex articulis quatuor globosis haud facile separandis constat.

Habitat in Tubercularia vulgari, Lipsiae a D. Kunze semel inventa Mense Augusto 1816 nobisque benevole communicata.

Observatio. Byssus memmorabilis tam loco, quem inhabitat, quam ob structuram simplicissimam, dum paucissimis tantum articulis, velut quadrato in lineam protenso, componitur. D. N.

Explicatio figurarum.

b) Magnitudine aucta.

✢ segmentem horizontale Tuberculariae cum fibris duabus, Augm. A.

XII. Amphitrichum nobis. *Doppelfaser.*

Character essentialis. Fibrae decumbentes, ramosae, articulatae, in globulos setigeros coeuntes.

Character naturalis. Fibrae (seu potius Flocci) primariae, decumbentes, dense implexae, solo suo arcte adpressae, ramosissimae, pellucidae, distincte articulatae hypothallum quasi efformant, cui imposita sunt glebuli, plus minusve regulares, opaci, primo quidem intuitu solidi et e massa granuloso - cellulosa coagulati, sed qui, accuratius inspecti, e fibrarum primordialium ramulis intrantibus denseque inter se implexis oriuntur. Glebuli isti e superficie undique emittunt setas seu fibras erectas strictas confertas, diametri aequalis, integras nec septatas, obscuras fastigiatas, ut plantula primo aspectu Conopleae speciem prae se ferat; sed fibrae hae, neque articulatae, sporae appellari merentur, neque glebulis tamquam stromati tantum immersae, sed potius pro fibrarum primordialium ramis validioribus, e glebulo rursus emergentibus, habendae sunt.

Locus in Systemate ante Racodium.

Am-

Amphitrichum effusum nobis. *Ausgebreitete Doppelfaser.*

A. late effusum, aterrimum, caespitulis interruptis. — Icon nostra Tab. VI. fig. 17.

Descriptio. Tabulas pineas aëri expositas lato tractu investiunt caespituli parvi, a dimidia ad integram lineam lati, vario modo confluentes, ligno tamen per maculas ubique elucente. Superficie inaequales sunt, per lentem e granulis irregularibus, vix magnitudine seminis Nicotianae Tabaci, conflatae et setis brevibus erectis strictis horridi. Color aterrimus carbonis, nitoris expers. Altitudo caespitis una cum setis vix partis octavae lineae.

In Lusatia detexit vir oculatissimus, strenuus Mycetorum indagator, Dm. Schmidt. D. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.
b) ——— lente aucta.
✝ Glebula solitaria, Augm. A.
✝ α Floccus hypothalli, Augm. A.
✝ β Transitus hypothalli in glebulas, Augment. A.

XIII. Agaricus P. *Blätterschwamm.*

Hymenio lamelloso.

1. Agaricus resupinatus pezizoides nobis. *Becherschwammförmiger Kehrblätterschwamm.*

A. cyathiformis, sessilis, olivaceo-fuscus, lamellis intra cupulam inaequalibus (didymis). — Icon nostra Tab VI. fig. 18.

Descriptio. Gregarius, minutus, pezizaeformis. Pileus resupinatus, cupulaeformis ore parum inflexo, diametri vix lineae dimidiae ejusdemque altitudinis, tremelloso-carnosus, statu humido olivaceus, subpellucens,

lucens, extus ruguloso-granulosus, basi plerumque fibris tenuissimis albis affixus.

Lamellae concolores, crassae, ventricosae, circiter duodecim intra cupulam, quarum sex a limbo usque ad fundum et aliquae alternatim ad medios tantum parietes cupulae descendunt. — Exsiccatione ore praecipue contrahitur et superficies exterior, tum subpulverulenta, colorem cinerascentem induit. — Sub Microscopio composito substantia pellucida, tenuissima, fibrosa, cortice obscuriore, e glebulis subglobosis minutis granulosis membrana pellucente junctis confiata. Lamellae obscuriores, margine thecis tenuissimis pellucidis brevibus subciliatae. Segmentum transversale, quo thecarum forma clarius eluceret, fieri non contigit.

Ad asseres subputridos (*auf der Bleiche*) in Fano St. Galli Helvetiae detexit amicus Naumann, Pharmac. 1816. F. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) Magnitudine lente aucta, statu humido et sicco.

b. * Fungillus secundum longitudinem sectus.

✝ Pars fungilli verticaliter secti, Augm. A.

α Lamella.

β Cortex exterior.

γ Substantia fibrosa.

✝ * Particula corticis exterioris e basi fungilli, Augm. A.

2. A. Mycena Aueri Sadler. *Auers Hautblätterschwamm.*

A. pileo membranaceo umbonato subtomentoso sordide flavo, lamellis flavis, stipite tenui ramoso-racemoso. Sadler. — Icon nostra Tab. VI. fig. 19.

De-

Deſcriptio. Stipes 3 - 4 uncialis, ſulcatus, ſupra baſin in ramos aliquot elongatos ejusdem fere craſſitici atque ſtructurae diviſus, pallide flavus, ubique, ſicut et rami, ramulis, modo longioribus modo brevioribus ſimplicibus alternis, vel rarius oppoſitis, patentibus pallide flavis ſecundum totam longitudinem obſitus, ſingulis ſingulo capitulo trigono - orbiculari fuscescente ſolido opaco (pileo abortiente) terminatis; ſed rami principales apice ſemper proferunt ſingulos pileos ſubmembranaceos ſordide flavos ſubtomentoſos umbonatos diametri 2 ad 3 linearum, lamellis latiusculis didymis lutescentibus.

Differt ab Agarico Mycena racemoſo P. Syn.

a) ſtipite ramoſo ſulcato ramisque itidem ſulcatis racemoſis pileiferis; cum ſtipes Ag. racemoſi P. ſimplex, racemoſus, unicum pileum apice ferat.

b) colore ſtipitis pileique et opacitate capitulorum.

c) loco natali.

Habitat in foliis quercinis ſemiputridis Pannoniae prope Erlau, Ofen etc. autumno, coſtae mediae vel ſolus vel parca ſocietate affixus.

Detexit memorabilem hanc ſpeciem D. Dr. Sadler, Botanices atque Chemiae in Univerſitate litteraria, quae Peſthii in Hungaria eſt, Lector publicus, cujus in me benevolentiae tam ſicca ſpecimina, quam deſcriptionem et diagnoſin, ſupra typis editam, debeo.

Obſervatio. Typum novae familiae ſuppeditaret, Agaricum Mycenam racemoſum, forte et alias quasdam Mycenas recolligentis, cui, Dr. Sadler in litteris monente, nomen Cladopus apte imponi poſſet, quaeque in aliis fungorum pileatorum generibus, v. g. Boletis, redibit. D. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) Pileus inversus, aucta magnitudine.

XIV. Hysterium P. *Rizzenschwamm.*

Perithecia elongata vel rotundata, rima dehiscentia. Ascidia fixa, erecta, thecis ovalibus.

Hysterium Hederae nobis. *Rizzenschwamm des Epheus.*

H. epiphyllum sparsum, ellipticum, atrum, laeve, in ambitu depressum. — Icon nostra Tab. VI. fig. 20.

Synon. Hysterium Hederae Martius Fl. Erl. Cryptog. p. 473.

Descriptio. In foliis Hederae Helicis emortuis, utplurimum maculis pallidis sparsim innata observantur perithecia, alia ovata, pleraque elliptica, convexiuscula et in ambitu deplanata, laevia, atra, nitida, vix lineam longa semilineam lata, rima lineari angusta, labiis acutis plerumque clausis. Microscopii compositi ope in conspectum veniunt ascidia oblonga, subclavata, thecis paucis referta, paraphysibus copiosis filiformibus tenuissimis aeque longis cincta.

In Monte Krenzach prope Basileam legit Vere 1814. et 15. Fr. N.

Observatio. In utraque foliorum pagina et saepissime in consortio Sphaeriae punctiformis occurrit.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) ——— lente aucta.

✠ Ascidia cum paraphysibus, Augm. B.

XV.

XV. Sphaeria. *Bauchſchwamm.*

Perithecia rotundata, oſtiolata, clauſave, ſtromate conjuncta vel libera. Ascidia longa, plerumque incraſſata, ſaepe torta, deliquescentia; thecis oblongis annulatis.

Stirps ſecunda. (*Ns. Syſtem.*)

Familia I.

1. Sphaeria hyetoſpilus Mart. *Regengeborner Bauchſchwamm.*

Sph. compoſita, epiphylla, orbicularis, ſubconfluens, primum rubra dein extus rufo-fuſca, intus rubra, oſtiolis numeroſis granuliformibus. — Icon noſtra Tab. VI. fig. 21.

Synonyma. — Xyloma rubrum Perſ. Syn. p. 105. 6. Obſ. Myc. II. p. 101. — Alb. et Schw. 177. — Sphaeria hyetoſpilus Martius Fl. Erl. cr. 478. 14. Juniorem ſtatum vegetabilis, vigente jam folio, cui inſidet, exhibent cuncta haec Synonyma.

Deſcriptio. In foliis Pruni domeſticae media aeſtate oriuntur maculae variae magnitudinis, rubrae, ſubrotundae, planae, hinc inde confluentes, ut totum fere folium occupent, tumidulae, ſubcarnoſae, punctis fuſcis ſparſis notatae, quae, dum talis macula ad verticem diſſecetur, intra ſubſtantiam oſtiola dilatata globulorum obſcuriorum, e maſſa conformi ſolida ad ſpeciem formatorum, exhibere videntur, vel qualia Aecidii cujusdam peridia immatura apparent. Accuratius autem examinata jam hoc quidem ſtatu, ſed non niſi progrediente anno ſub finem aeſtatis, corpuscula iſta, uti amicus oculatiſſimus Martius vidit, (Fl. Erl. l. c.) perithecia Sphaeriae compoſitae ſiſtunt, thecas minutiſſimas, granis ſex refertas, continentia. — Tum delapſis foliis vereque inſequente plane emortuis et putredine ita corruptis, ut vix diſcernantur, maculae illae tanquam puſtulae apparent hypogenae, bullatae, ſubrotundae, hinc inde con-

flu-

fluentes, ut totam fere folium obtegant, coloris fusci statu humido in rufescentem vergentis. Superficies, primum epidermide cinerascente tecta, tum denudata, ad lentem granulis (ostiolis) minutissimis exasperata. Stroma intus rubrum, peritheciis saturatioris coloris subglobosis immersis ad superficiem protumentibus. Segmentum transversale M. C. subjectum nucleos ostendit rotundos intra perithecia quasi solutos et in ascidia oblonga subclavata thecis ovatis repleta se plane dissolventes.

Ascidia ipsa tenuissima, subtorulosa, fugacia et thecas magno numero effundentia, simplici duplicive serie dispositas.

Adn. Sphaeriae Ulmi Duv. tali in statu valde affinis, sed differt magnitudine, structura et colore interno rubro. *)

Habitat in omni fere folio Pruni domesticae, aestate tamen pluviosa frequentior, perfectam autem primum legi ad sepes prope Moenobernhemum, die 6 Mensis Aprilis 1817. F. N.

Ex-

---

*) Sphaeria Ulmi ita describenda:

Sph. composita epiphylla, orbicularis, pulvinata, sparsa, fusco - cinerea, stromate atro, peritheciis candidis, ostiolis granuliformibus.

Sph. Ulmi Duv. in *Hoppe bot. Taschenb.* 1809. *p.* 105. —

Fries Obss. Myc. I. p. 173. 226. — Exsicc. Schleicher pl. exs. — *Holl u. Schmidt Deutschlands Schwämme* 2 *Liefer. XXXII.* —

Obs. Nucleus compactus, integer, subsimilaris, pellucidulus e granulis minutissimis constare videtur. Cum autem, aliquantum cultelli apice pressus, vitris fortius augeatur, granula seriata parallela monstrat, ascidiorum ope arcte sibi incumbentium in unum quasi corpus collecta. Icon nostra Tab. VI. fig. 21 B.

a. Magnitudine naturali.

b. Transversaliter secta, lenteque aucta.

† Nucleus integer, Augm. A.

Explicatio figurarum.

a *) Iuvenilis. Xyloma rubrum Pers.

b *) Magnitudine lente aucta.

a) Adulta, magnitudine naturali.

b) —— et diſſecta, —— lente aucta.

✝ Nuclei pars, Augm. A.

✝✝ Ascidia diſperſa cum thecis, Augm. B.

✝✝ Idem nucleus preſſione diviſus, thecis aliis diſperſis aliis ſeriatis. Augm. B.

✝✝✝ Ascidiorum ſtrues cum thecis incluſis, Augm. C.

2. Sphaeria cruenta Kunze. *Blutmakliger Bauchſchwamm.*

S. tecta ſparſa, epiphylla, peritheciis atris ſubrotundis, maculae pallide rubrae margine cruento cinctae innatis. — Icon noſtra Tab. VI. fig. 22.

Synon. Sph. cruenta *Kunze und Schmidt Deutſchlands Schwämme* 4 *Lieferung N. LXXVII.* — Sphaeria lichenoides V. χ Convallariaecola *Decand. Fl. fr. p.* 148. — Sphaeria limbata quondam nobis in chartis.

Deſcriptio. In pagina ſuperiori foliorum Convallariae multiflorae apparent maculae ex ſubrotundo - ellipticae, variae magnitudinis, pallide rubellae, diſco expallescente, margine fusco - ſanguineo cinctae, quibus ſparſim inſident perithecia minuta, ſubgloboſa, atra, nitida, aſtoma, primum epidermide tecta, tum baſi ſua foliis immerſa. — Sub Microſcopio compoſito, aqua adfuſa, perithecium preſſione ruptum dimittit thecas (?) ovatas pellucidas ſat magnas, quibus immixta reperiuntur corpuscula alia oblonga, thecis quadruplo ſaltem majora, obſcuriora, griſescentia. — Perithecium ſub Microſcopio aqua irroratum colorem oſtendit ſaturate fusco -- purpureum, eundem fere, quo limbi macularum, quas perithecia inhabitant, tinguntur.

Ad-

Adnotat. Huc pertinere quoque videtur Xyloma Convallariae Schleicher.

Basileae ante plures annos detexit amicus aestumatissimus Dm. Dr. Wolleb, P. P. O. in Universitate litteraria Basiliensi, — et Lipsiae Cl. Dom. Kunze. F. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) Magnitudine lente aucta.

✢ Perithecium ruptum cum thecis (?), Augm. A.

✢✢ Thecae et Ascidia (?), Augm. B.

.3 Sphaeria Hederae Fries β Ilicis nobis. *Bauchschwamm der Stechpalme.*

Sph. tecta sparsa, epiphylla, peritheciis applanatis atris nitidis, ostiolis elevatis obtusis albidis. — Icon nostra Tab. VI. fig. 23.

Descriptio. In foliis emortuis Ilicis Aquifolii sparsae sed copiosae apparent pustulae rotundae, applanatae, nigrae, diametro circiter lineae dimidiae, epidermide tectae, quae demum magis propullulant et ostiolis elevatis albidis pertusis in conspectum veniunt; saepius quoque reticulo venarum in foliis aëre et aqua corrosis adhaerent. Sub Microscopio composito pulchra haec species laetum praebet adspectum, dum, pressione rupta, granula innumera minutissima ovalia in massam mucilaginosam vermiculatim coacervata quasi vi interna protrudit.

In Monte Krenzach prope Basileam copiosam legit, d. 3 Mensis Martii 1816., Fr. N.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) ——— lente aucta.

✢ Perithecium ruptum cum thecis, Augm. A.

4.

4. Sphaeria amoena nobis. *Hübscher Bauchschwamm.*

Sph. tecta macrostoma, peritheciis sparsis subglobosis, ostiolis duplo longioribus filiformibus compressiusculis, discum elevatum roseum perforantibus. — Icon nostra Tab. VI. fig. 24.

Descriptio. Perithecia vix magnitudine seminis Tabaci, subglobosa - depressa, laevia, madore nigro - virescentia, siccata vero atra, petiolis foliorum emortuorum tota immersa, superne strato tumente roseo - rubro pulverulento supra corticem elevato disciformi plano tecta, ex quo ostiola emergunt peritheciorum altitudinem longitudine sua duplo circiter superantia, rarius recta, plerumque parum incurva, filiformia, compressiuscula, laevia aut subtortuosa, apice obtusiuscula, atra. Nucleus ex ascidiis constructus est sat magnis clavatis, basi affixis, immixtis paraphysibus crebris filiformibus articulatis inanibus hyalinis. Thecae ovatae, hyalinae, uniannulatae duplici serie ascidia replent, 8 - 10 numero.

Habitat in petiolis foliorum emortuorum Carpini Betuli Lin et Coryli Avellanae juxta originem, ubi petiolus aliquantum tumet, individua pauca, (1 - 5 inveni), brevi spatio distantia, rarius aliquot subconfluentia, disci, ex quo ostiola prodeunt, laeto colore, licet minutissimus sit ejus ambitus, oculos allicientia. Viget tempore vernali in foliis, locis humidis, neque adeo inundatis, altioribus stratis congestis. Die 20 et 27 Maji 1817 in nemore (*das Mainbernheimer Holz*) haud ita raram reperi. D. N.

Obs. In foliis Coryli, iisdem locis cum carpineis dejectis, discus perithecia supertegens semper minor et pallidior et ipsa ostiola breviora.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) ——— lente aucta.

b * Eadem, verticaliter dissecta.

✠ Ascidia cum thecis basi residuae perithecii affixa, Augm. A.

5.

5. Sphaeria pulverulenta nobis. *Bestäubter Bauchschwamm.*

Sph. tecta macrostoma, peritheciis sparsis depressis, ostiolis ventricoso - subulatis dimidio longioribus erumpentibus albo pulverulentis. — Icon nostra Tab. VI. Fig. 25.

Descriptio. Perithecia circiter magnitudine grani Papaveris, sparsa, nec fere unquam inter se confluentia, frequentia tamen, per latos tractus sub epidermide sparguntur globoso depressa, in ambitu saepius lobata, superficie subrugulosa, nigra, vel nigro - fusca, pruina destituta. Ostiola dimidia longitudine diametrum peritheciorum superantia, farina seu furfure albido - micante undique tanta copia insparsa, ut caesium inde acquirant colorem. E vertice peritheciorum contracto oriuntur, tum emergentia sensim plus minusve ampliata atque exinde iterum attenuata ante apicem pleraque repente magis contrahuntur in breve rostellum fere setaceum, unde ventricoso - subulata diximus; qualia tum facile ab incauto pro ipsis peritheciis sumerentur, nisi epidermide elevata in originem inquirat. Vidimus tamen in aliis ostiola conica, aliaque subcylindrica, apice paululum incrassata iterumque in orificii limbum contracta, ut itaque forma ostiolorum in hac specie non magis sibi constare videatur, quam in Sph. cirrhosa et biformi P., huic affinibus. Cavum peritheciorum massam aequabilem mucilaginosam ex innumeris granulis minutissimis coagmentatam replere cognovimus, quae humectata per fissuras perithecii, sicubi ortae sint, veluti cirrhos tortuosos vermiformes protrudit ejusdem formae, quales in praecedente specie vidimus, (unde pingere eos supervacaneum duximus.) Citius tamen in aqua dissolvuntur cirrhi, et granula, quibus constant, fere minora sunt, quam quae microscopiorum auxilio rite conspiciantur.

Habitat in ramulis emortuis Pini sylvestris prope Basileam, ubi Mense Aprilis 1816. legit Fr. N.

Obs.

Obſ. Anne Sph. ſtricta Perſ. Syn. F. 59. 114., quam ſaepe materie mucoſa obtectam autor vidit, huc ſpectat? Sed noſtra ſemper immerſa, ſeu potius epidermide tecta eſt, ſolis oſtiolis erumpentibus.

Explicatio figurarum.

a) Magnitudine naturali.

b) ——— lente aucta.

c) Perithecia ſeorſim delineata.

c. *) Perithecium inverſum.

Adnotatio. Quemadmodum in omni plantarum genere, quod ſit ad naturam diſtributum, omnis ſui gradus evolutionem innui ſaltem, ni plane exhibeatur ſpecierum determinatis formis, neceſſe eſt, ſic etiam in Genere Sphaeria vaſtiſſimo eo quidem et fere inextricabili, metamorphoſeos decurſu inſigni accidit, ut aliae quaedam formae origini propiores, veluti in perihelio verſantes, elementa, quibus reliquae exſtruuntur, tanquam radices generis rudi quodam et minus elaborata ſtructura exhibeant, — aliae, majores numero, ad ſummum evolutionis delatae, partibus ſuis omni numero obſolutis, in culmine generis quaſi medio ſpatio ab utroque fine diſtent, ſibique ut flores plantarum maxime ſufficiant, — aliae denique ultra medios limites ad aphelium delapſae nulla vi, neque externa neque propria ſua, ſatis coërcitae, cito in ſe diffluant, rerum naturae, ut pollen generationi ut ſemen putredini procreanti, redditae.

1) Eſt autem radix Sphaeriarum Sclerotium, cujus natura in eo conſiſtit, quod ſub cortice rudi maſſa elementaris in ſubſtantiam ſubcelluloſam condenſatur.

a) Sphaeriae itaque radicales ejusmodi debent esse; primum quidem nucleo cellulari solidiusculo farctae, qui denique, cellulis dissolutis, in granula ovata pellucida rarius destincte annulata (composita?) abit atque e perithecio evomitur.

Tales Sphaerias, quas primordiales dixerim, plerasque inveni astomas parvas tectas, folia, caules herbarum minorum recentes vel semivivos incolentes, maculae epidermidis expallidae, coloratae innatas, duriusculas, cum Caeomatum primordiis, cum Xylomatibus minoribus commutandas. Talis est, v. g., Sphaeria cruenta Kunze, quam supra delineavimus. Vide iconem nostram fig. 22., ubi ad signum † massa e granulis compacta solidiuscula in conspectum venit. Immixta tamen sunt corpuscula, jam granulorum complexum, ascidiorum initia quasi, tentantia. — Porro huc referendae sunt Sph. nebulosa P., Sph. allicina Swartz et multae, credo, aliae e tectarum Familia.

2) Flos Sphaeriarum partes omnes, quibus genus instruitur, intrinsecus formatas complectitur; ascidia thecis annulatis referta, paraphysesque. — Perithecium mole augetur, emergit saepius, ordinem servat stromatis atque ex eodem libere descendit.

b) Sphaeriae inter Sphaerias, seu Sphaeriae propriae dicendae, hae sunt; quarum numerus major est, quam quo recensere singulas necesse sit.

Adn. Videas Tabulas Operis nostri de Fungis.

3)

3) Apex autem (Stamen) Sphaeriarum et ſeminum emiſſio e diffluxu nuclei incipit, qui denique in Nemaſporae genere perficitur, ubi maſſa interna, a primis initiis mucilaginoſa et depſata quaſi, e granulis minutiſſimis globoſis, ipſis quidem, quantum e viscoſitate quadam et opacitate aequabili conjicimus, mox in mucilaginem ſolvendis conſtat atque vi expandente in cirrhos propellitur, perithecia autem ipſa in receptacula rudioris ſtructurae concamerata diſſolubilia abeunt, vel plane disparent.

c) Sphaeriae, hisce accedentes, medullares ſeu ſeminales, quod ad peritheciorum formam attinet, ſphaeriis genuinis ſatis ſimiles, nullae, quas ſaltem novimus, e ſubſtratarum tribu, pleraeque tectae, vel circinatae, vel ſparſae, aliae nudae quoque et diſperſae, maſſa denſe coagmentata farciuntur, mucilaginoſa, albicante vel griſea, per ſe quidem rarius neque unquam in cirrhos erumpente, ſed, cum aquam imbiberunt, vi rupto perithecio vehementiori motu verminante, ut cirrhis, ut vermibus inteſtinalibus per fiſſuras emergente, opaca, quae aquam reddit turbidam atque maximam partem ipſa e granulis conſtat minutis pellucidis ovalibus, neque globoſis, quo itaque generis lex ad extremos terminos usque ſervatur.

Talis v. g. eſt Sphaeria noſtra Ilicis, cujus perithecium ruptum et maſſam mucilaginoſo - granuliferam cirrhorum ſpecie expellens medi-

mediocriter auctum figura 23. Tab. VI. refert; — talis Sphaeria monostoma nobis ined., e circinatarum ramo orta; — tales denique sunt Sphaeriae omnes globiferae Tode, quas Celeberrimus Fries sub Sphaeronemate genere intelligit, quaeque cirrhorum primordia in globulo apicis ferunt. D. N.

ZWEYTE ABTHEILUNG.

ZOOLOGIE.

Dr. IGNAZ DOELLINGER

ÜBER DAS

STRAHLENBLAETTCHEN IM MENSCHLICHEN AUGE.

MIT EINER KUPFERTAFEL.

Über

das Strahlenblättchen im menſchlichen Auge.

Unter dem vielen Guten, was Rudolphi über den Bau des menſchlichen Auges geſagt hat, ſchien mir immer ſeine Lehre von dem Strahlenblättchen einer beſondern Aufmerkſamkeit würdig, und nach oft genug wiederholten eigenen Unterſuchungen mag es nicht ganz ohne Werth ſeyn, über einen der ſchwierigſten Gegenſtände der ganzen Anatomie noch einmal zu ſprechen, da, ich weiſs nicht warum, in mehreren der neuſten anatomiſchen Schriften die Sache mit ungewöhnlicher Kälte behandelt wird, *) auch

*) „Vorne ſcheint ſich die *Membrana hyaloidea* in zwey Blättchen zu ſpalten, deren eines die Vertiefung, an welcher die Linſe liegt, bedeckt, das andere aber mit der *Capſula lentis* verſchmilzt.“ J. Ch. Roſenmüller Handbuch der Anatomie, 2te Aufl. Leipzig 1815. 8. p. 296.

Au niveau des procés ciliaires, vers le contour du cryſtallin cette membrane (hyaloïde) ſe diviſe en deux lâmes, l'une paſſe devant la capſule de ce corps, et l'autre tapiſſe la concavité, qui le reçoit en arrière. Traité d'anatomie déſcriptive par F. H. Cloquet. Seconde Part. à Paris 1816. 8. *p.* 732.

auch hoffe ich, mich nebenbey über einiges andere die Anatomie des Auges Betreffendes beſtimmter, als es bisher geſchehen iſt, ausdrücken zu können.

Die Choroidea beſteht deutlich aus zwey dicht an einander gelegten Schichten, oder, wenn man will, Häuten, der äuſſeren gefäſsreichen, oder eigentlichen Choroidea, und der innern lockern, ſchleimartigen oder Ruyſchiana. Kein Menſch, welcher die Sache vorurtheilsfrey unterſucht, kann an dem Daſeyn dieſer beyden von einander der Textur nach ſehr verſchiedenen Membranen zweifeln; legt man einen Augapfel, aus dem man den Glaskörper hat auslaufen laſſen, auf 14 Tage oder noch länger in Weingeiſt, ſpühlt ihn dann in reinem Waſſer einigemal aus und läſst ihn nun maceriren, bis der Geruch die anfangende Fäulniſs veroffenbart: ſo wird man bey angeſtellter Unterſuchung finden, daſs ſich die beyden genannten Membranen ſehr leicht von einander trennen und in einem ziemlichen Umfange jede für ſich darſtellen laſſen. Die Ruyſchiana iſt das Secretionsorgan des ſchwarzen Pigments, welches ſich zu ihr wie jeder Schleim zu ſeiner Schleimhaut verhalten mag, dieſes Pigment aber wird keinesweges auf der innern, der Retina zugekehrten, ſondern auf der äuſſern Fläche, alſo eigentlich zwiſchen der Choroidea und der Ruyſchiana abgeſondert; der einfachſte Beweis hiefür iſt der Umſtand, daſs nie die Retina vom Pigmente beſchmuzt iſt, was doch ſicher geſchehen müſste, wenn der färbende Schleim nach innen abgeſetzt würde. Dieſes iſt zugleich ein Beweis für das Daſeyn der Ruyſchiana, weil man billig den Schluſs machen kann, daſs das ſchwarze Pigment nach innen mit einer Haut müſſe überdeckt ſeyn, weil es nicht abfärbe.

Nach

Nach vorne, ohngefähr in der Gegend, wo das vorderſte Viertel des Augapfels wäre, wenn man ſich denſelben als eine Kugel vermöge dreyer Durchſchnitte in vier gleiche Segmente unter rechtem Winkel mit der Axe getheilt dächte, geht mit der Ruyſchiana eine merkwürdige Veränderung vor; ſie wird dicker, legt ſich in theils längere, theils kürzere Fältchen, und ſondert nun auch auf der innern Fläche Pigment ab. Der Anfang dieſer Metamorphoſe iſt ſcharf durch einen ſchönen rundlich-gezackten Rand bezeichnet, was ich jedoch mich nicht erinnere in einer Abbildung dargeſtellt geſehen zu haben. Wegen der kleinen Fältchen, die hier ſchnell ins Auge fallen, nennt man dieſes den Strahlen- oder Falten-Ring (*annulus ciliaris*).

Die Choroidea ſelbſt nimmt an dieſem Ringe fürs erſte gar keinen Antheil, und die Zartheit und Weiche der Ruyſchiana geſtattet es leicht, daſs man ihn abwiſcht, ſo daſs bey unverletzter Choroidea alle Spur von ihm verſchwindet. Iſt aber die Choroidea bis an den vordern ebenen Rand, womit ſich die Ruyſchiana endiget, gekommen: ſo gehet ſie in viele dünne zahnartige Fortſätze aus, welche um den Rand der Choroidea herum einen Kreis bilden, welcher in Form und Verhältniſs an das Periſtom eines Laubmooſes erinnert. Dieſe Fortſätze (*proceſſus ciliares*) ſtehen jedoch nicht frey aufgerichtet, ſondern ſind über die darunter liegende Ruyſchiana zurückgeſchlagen und auf deren untere Fläche zwiſchen ihren Falten angedrückt, ſo daſs durch ſie der Rand dieſer Membran verdeckt wird. In dieſem Zuſtande hat man immer dieſe Fortſätze für Falten der Choroidea gehalten, ja ſie wohl gar als Fortſetzung der vorhin angeführten Falten der Ruyſchiana angeſehen, wenigſtens beyde nicht deutlich unterſchieden. Allein zwey Umſtände können jeden leicht überzeugen, daſs die *Proceſſus ciliares* keine Falten weder der Ruyſchiana noch der Choroidea ſind; erſtens

ſtens ſieht man im Profildurchſchnitte des Augapfels ſchwarzes Pigment in der Mitte eines jeden *Proceſſus ciliaris*, zweytens kann man ohne Mühe die Zähnchen von der Ruyſchiana aufheben, und ihnen eine geſtreckte Richtung geben, dadurch wird auch der ganze Bau erſt recht deutlich. Gut möchte es wohl ſeyn, dem Zahn- oder Franzenring der Choroidea einen eigenen Namen zu geben, und man könnte ihn *Periſtoma choroideae* nennen.

Die Stelle des hinteren ausgezackten Randes des Faltenringes der Ruyſchiana iſt auch äuſſerlich durch den Anfang des Strahlenbandes bezeichnet, welches aus dem membranartigen Bande, der drüſigen Maſſe und dem Ringe beſteht. Es breitet ſich nämlich über die ganze äuſſere Fläche der Choroidea eine eigene, wiewohl ſehr dünne und nur an den Stämmchen der Coliarnerven, welche feſt an ſie anhängen, zu zeigende Haut von der Natur der ſeroſen Häute aus, wie auch ſchon Havius ſcheint gewuſst zu haben. Dieſe verdickt ſich nach vorne und geht bis zu dem Rande der Sclerotica, wo dieſe ſich mit der Cornea verbindet. Hier kann man ſie auch leicht aufheben und von der darunter liegenden drüſen- oder knorpelartigen Maſſe, welche zwiſchen ihr und der eigentlichen Choroidea keilförmig eingelegt iſt, trennen. Wo der vorderſte Rand dieſer Drüſenmaſſe und jener der auf ihr gelegenen Membran an einander ſtoſſen, wird die ganze Bildung durch einen beyde Ränder verknüpfenden, aus einer zarten runden Sehne gebildeten Ring geſchloſſen.

Die geſammte vordere Bildung im Augapfel, ſo weit ſie mit der Choroidea in unmittelbarer Verbindung ſteht, wird gewöhnlich *Corpus ciliare* benannt. Dieſes *corpus ciliare* aber hat mehrere Beſtandtheile, welche ich der Deutlichkeit wegen zur Ueberſicht kurz noch einmal aufſtelle; zu ihm gehören nämlich:

1)

1) das *ligamentum ciliare*: dieſes beſteht

α) aus der verdickten ſeroſen Haut;

β) aus der Drüſenmaſſe;

γ) aus dem Schluſsringe.

2) Das vordere Viertel der Choroidea, und zwar

α) die Choroidea ſelbſt;

β) die Zahnfortsätze, *proceſſus ciliares.*

3) Der Faltenkranz der Ruyſchiana.

Unter dem *Corpus ciliare* liegt das Strahlenblättchen, *Zonula Zinnii*, als ein eigenes Gebilde, und der hintere ausgezackte Rand des Faltenringes bezeichnet ſeinen Anfang, von wo aus es nach vorne geht, um ſich an die vordere Fläche der Linſe anzulegen und zu befeſtigen.

Hebt man die Choroidea mit der Ruyſchiana von den in ihr enthaltenen Theilen des Augapfels auf: ſo bemerkt man, daſs ſie ſich überall leicht von der zunächſt unter ihr gelegenen Retina abnehmen laſſe, wenn man von hinten nach vorne das Aufheben vornimmt, den erſten Widerſtand aber trifft man auf dieſem Wege vorne bey dem gezackten Rande, mit welchem einwärts die Geſtaltung des *Corpus ciliare* anfängt, an; hier hängt die Maſſe des Augapfels ſo feſt mit der Ruyſchiana zuſammen, daſs man Inſtrumente zur Hülfe nehmen muſs, um ſie zu trennen, welcher innigere Zuſammenhang bis zu dem Ring dauert, welchen die *proceſſus ciliares* bilden. An dieſer Stelle geht aber auch eine merkwürdige Veränderung

mit

mit der Retina vor; sie erhält eine Art eines verdickten ausgezackten Randes, jenseits welchem sie sich sehr verdünnt fortsetzt. An der Stelle nun, wo die Retina, einen erhabenen Ring bildend, sogleich in die Verdünnung übergeht, andererseits die Ruyschiana sich zu verdicken anfängt, entsteht das Strahlenblättchen eben so mit einem ausgezackten Rande, wie ihn der Faltenkranz der Ruyschiana hat, legt sich zwischen diese und die dünne Zone der Retina ein, und an beyden durch Schleimgewebe befestiget, trennt es beyde von einander. Man kann sich hieraus die verschiedenen Angaben der Anatomen über die Verbreitung der Retina und ihr vorderes Ende erklären; jene nämlich, welche ihre verdünnte Fortsetzung unter der *Zonula* übersahen, hielten ihren verdickten Rand am hintern Rande des Strahlenkranzes für ihr Ende; andere glauben, sie erstrecke sich bis an den Franzenring der Choroidea und haben zwar Recht, doch darf die sehr merkliche Verdünnung der Retina, wodurch unter dem Strahlenblättchen eine eigene Zone entsteht, nicht übersehen werden. Jene aber, welche die Retina bis an die Linse reichen lassen, haben das Strahlenblättchen selbst für die Retina gehalten.

Das Strahlenblättchen, dessen Lage beschrieben wurde, mag gegen drey Linien breit seyn, hat einen vorderen und hinteren Rand, eine äussere und innere Fläche, und man kann an ihm wieder zwey Gegenden oder Zonen unterscheiden; — die hintere, ein wenig breitere, wo es nach aussen durch Zellengewebe an den Faltenkranz geheftet, nach innen aber mit der darunter liegenden dünnen Zone der Retina verbunden ist, und die vordere, wo es ohne Verbindung unter den umgeschlagenen Zähnen der Choroidea und, weil jetzt die Retina aufhört, unmittelbar über der Hyaloidea liegt, ohne irgend eine Verknüpfung durch Zellengewebe.

Da

Da das Strahlenblättchen mit der unter ihm gelegenen Hyaloidea nicht verwachſen iſt: ſo bleibt zwiſchen ihm und dieſer ein leerer Raum; dieſes iſt der petitſche Kanal, welcher ſich dieſemnach zwiſchen den beyden verſchiedenen Gebilden befindet, und namentlich dadurch entſteht, daſs die Hyaloidea an die Kryſtallinſe weiter rückwärts anliegt, das Strahlenblättchen aber weiter nach vorne angeheftet iſt. Dieſer Kanal kann übrigens nicht eben ſo breit ſeyn, als das Strahlenblättchen ſelbſt, weil ein Theil von dieſem, die hintere Zone, mit der Retina verwachſen iſt, ſo daſs der vorderſte Rand der Retina zugleich die äuſſere Grenze des petitſchen Kanals, wie der Rand der Linſe die innere iſt. Durch die Anheftung des Strahlenblättchens an die Kapſel der Kryſtallinſe, welche ſehr feſt und eigentlich eine Verwachſung iſt, wird es in einer beſtändigen Spannung, und dadurch wohl immer von der Hyaloidea entfernt gehalten, ſo daſs man wohl behaupten kann, der Kanal ſey immer zwiſchen beyden, und könne zwar durchs Aufblaſen erweitert werden, entſtehe aber nicht erſt dadurch.

Das Strahlenblättchen beſteht aus einzelnen Bündelchen deutlicher Faſern, welche in regelmäſſigen Räumen von einander abſtehen und zwiſchen ſich ein ſehr dünnes membranöſes Gewebe haben. Bläst man den petitſchen Kanal auf: ſo erhebt ſich vorzüglich dieſes dünne Blättchen zwiſchen den Faſerbündeln, welche geſpannter ſind und weniger nachgeben, wodurch das Strahlenblättchen ein ſtrahliges, wie durch Einſchnürungen in Segmente abgetheiltes Anſehen erhält, wie es auch Zinn abgebildet hat. Die Faſerbündel haben bey aller Zartheit doch viel Feſtes, denn wenn auch bey ſtärkerem Lufteinblaſen das Strahlenblättchen zerreiſst: ſo bleiben doch dieſe Faſern meiſt in ihrer Lage, und aus ihnen allein läſst ſich zuweilen am deutlichſten der Urſprung des Strahlenblättchens erkennen und ſeine Verhältniſſe beſtimmen.

Ich

Ich habe gefunden, dafs man die Natur des Strahlenblättchens am deutlichften und leichteften erkennt, wenn man vom Augapfel in der Gegend der Infertion des Sehenervens ein Segment fo abfchneidet, dafs etwas vom Glaskörper frey zu liegen kommt, dann den Augapfel in eine verdünnte Auflöfung von Sublimat legt und nach einiger Zeit, wenn der Glaskörper, ohne, wie es im Weingeifte gefchehen würde, von feinem Volumen zu verlieren, trüb geworden ift, ihn mit fammt der Retina, die fich fehr leicht von der Ruyfchiana ablöst, auf eine halbkugliche Vertiefung von der Gröffe des Augapfels mit fchwarzem Grunde ausgiefst. Diefes ift aber fehr leicht zu bewerkftelligen, wenn man mit Vorficht die Sclerotica in der Mitte des Augapfels durchfchneidet und nur beym Abtrennen des Strahlenblättchens vom Strahlenkranze einige Behutfamkeit anwendet.

Dafs das Strahlenblättchen muskulöfer Natur fey, ift eine Vermuthung Rudolphis, welcher ich nicht anders als beypflichten kann. Die ausgezeichneten Faferbündel, woraus es zufammengefetzt ift, die groffe Aehnlichkeit, welche es im ganzen Aufsehen mit der zarten aber fehr beweglichen Muskelfchichte, welche man auf dem Rücken der Schnecke unter der Haut antrifft, hat, und, fo viel man damit beftimmen kann, die mikrofcopifchen Beobachtungen machen diefes höchft wahrfcheinlich. Ift es dem wirklich fo: fo mufs man aber auch das Strahlenblättchen für einen Muskel ganz eigener Art halten; denn indem es im Ganzen als Ringgeftaltung unter die Schliefsmuskeln gehören würde, differirt es doch von allen bekannten im menfchlichen Leibe durch die Richtung feiner Fafern, welche fich nicht wie concentrifche Kreife, fondern wie Strahlen verhalten. Daher könnte man auch fchlieffen, dafs feine Bewegungen zu den willkührlichen unbedingt gehören. Die Fortfetzung der Retina unter dem Strahlenbändchen

chen und die innige Verknüpfung beyder laſſen übrigens noch vermuthen, daſs es wirklich der Muskel der Retina ſey, und daſs ſich dieſe Nervenausbreitung zu ihm verhalte, wie jeder in einen Muskel eindringende Nerve.

Dieſe Anſicht vorausgeſetzt, ſo laſſen ſich zwey Wirkungen von der Ausdehnung und Zuſammenziehung des Strahlenblättchens erwarten. Erſtens kann es die Kriſtallinſe zurückziehen, dem Grunde des Auges näher bringen und dadurch das Erkennen entfernter Gegenſtände befördern; es iſt nicht zu befürchten, daſs es hierin durch ſeine Anheftung an den Faltenkranz werde gehindert werden, da das verbindende Zellengewebe überaus zart iſt, und da ohnehin alle Muskeln auch durch Zellengewebe unter ſich und mit andern Theilen verknüpft ſind; — zweytens möchte das Strahlenblättchen zu der Iris das Verhältniſs eines erregenden Antagoniſten haben. Auch Rudolphi hat es wahrſcheinlich gefunden, daſs das Strahlenblättchen Einfluſs auf die Bewegungen der Iris habe, jedoch, wenn ich nicht irre, hat er ſich nicht deutlich genug über die Art und Weiſe, wie eines das andere beſtimmen könne, erklärt, daher es wohl nothwendig ſeyn mag, die Sache näher auseinander zu ſetzen. Daſs die Bewegung der Iris, an welcher nun einmal keine Muskelfaſern zu finden ſind, eher auf Turgeszenz als auf Contraction zurückzuführen ſey, iſt von mehreren, unter andern von Troxler, anerkannt worden, und obgleich dieſe Turgeszenz noch vieles Eigene hat, z. B. daſs ſich das Seheloch dabey verengt, da ſich doch, wenn Schlieſsmuskeln, z. B. der *orbicularis labiorum* beym Gähnen,

nen, turgesziren, die Oeffnung erweitert: so kann man im Allgemeinen doch die Gesetze der Turgeszenz bey ihr in Anwendung bringen. Wir wissen aber, dass die Turgeszenz überall durch Muskularcontractionen erregt wird, wie die des männlichen Gliedes durch die Erectoren, des Gebärmuttermundes durch Zusammenziehung des Grundes, des Schliessmuskels des Afters durch Zusammenziehung der Levatoren, und nur die weiblichen Bruftwarzen scheinen eine Ausnahme zu machen. Dieses Gesetz deutet auf einen besondern Antagonismus zwischen Contraction und Expansion hin, wie er auch zwischen den Streck - und Beugemuskeln statt hat. Es scheint, dass überall im Körper keine Zusammenziehung ohne Ausdehnung oder Turgeszenz, und umgekehrt, seyn könne, denn sogar das, was man Erschlaffung nennt, und als eine auf die Contraction folgende Ruhe ansehen will, scheint thätige Turgeszenz zu seyn, — so namentlich die Diastole des Herzens, und es kömmt mir vor, als bestimmten sich in jedem beweglichen Organe Ausdehnung und Zusammenziehung wechselseitig. Bey jenen Theilen, bey welchen das Turgesziren das Ueberwiegende ist, scheint es darum nothwendig, dass ein erregendes contractiles Organ an sie anliege, sich mit ihnen gruppire und mit ihnen gemeinschaftlich handle.

Diesen Ideen zur Folge stelle ich mir vor, dass sich das muskulöse Strahlenblättchen wie ein Erector zur Iris verhalte, und dass die Turgeszenz dieser, wovon die Verengerung der Pupille eine Folge ist, von in ihm vorgehenden Contractionen erregt werde. Es ist nicht nothwendig,

dass

daſs ſich das Strahlenblättchen unmittelbar in das Gewebe der Iris verliere; denn wir ſehen auch an den Erectoren des männlichen Gliedes, daſs ſie nur mechaniſch an die *Corpora cavernoſa* mit ihren Sehnen, wie ſonſt auch Muskel an Knochen, angeheftet ſind; eine ſolche Verbindung iſt aber auch hier zwiſchen der Iris und dem Strahlenblättchen, da das Zellengewebe, wodurch dieſes an den Faltenkranz geheftet wird, offenbar an den äuſſern Rand der Iris hinlangt und an ihn anſtöſst, ſo daſs wohl eine kleine Zerrung an der Iris geſchieht, wenn das Strahlenblättchen ſich zuſammenzieht, und einer gewaltſamen Einwirkung bedarf es wohl bey ſo zarten Organen nicht.

Hat die Iris ihr Vermögen, zu turgesziren, verloren und bleibt die Pupille unter allen Umſtänden erweitert: ſo können drey Fälle ſtatt haben: 1) die Iris turgeszirt nicht, wenn ſie auch dazu vom Strahlenblättchen gereizt wird, weil in ihr unmittelbar die Beweglichkeit verloren gegangen, oder aufgehoben iſt; — dabey iſt kein Fehler des Sehens. 2) Die Iris turgeszirt nicht, weil ſie nicht durch antagoniſtiſche Contractionen gereizt wird, indem das Strahlenblättchen gelähmt iſt, wobey die Retina jedoch geſund iſt. 3) Die Retina ſelbſt iſt gelähmt, und wirkt nicht auf das Strahlenblättchen, als ihren Muskel; dieſes kann übrigens dabey geſund ſeyn.

Tab. VII. erläutert das, was über den zackigen Rand des Strahlenringes und der damit zuſammenhängenden Auszackung der Retina geſagt wurde. Ich verdanke die Zeichnung der beſonderen Güte und Freundſchaft des Sohnes unſeres deutſchen Albins, des Herrn Doctors Sömmering, der einmal dieſe bisher überſehene Textur vorzüglich ausgebildet zu beobachten Gelegenheit hatte, denn nicht immer iſt der zackige Rand ſo vollkommeu deutlich, wie in dieſer Abbildung, zu ſehen, ob er gleich ſich jedesmal auf ähnliche Weiſe, aber gewöhnlich ſchwächer, verhält.

Fig. 1. ſtellt den vordern Theil des Augapfels, von hinten herein angeſehen, in natürlicher Gröſse dar, und iſt für ſich klar.

Fig. 2. Ein Segment der Sclerotica und Cornea mit allen inneren Häuten.

a. Die Retina.

b. Der ausgezackte Rand derſelben, welcher dem ausgezackten Rande des Strahlenrings entſpricht.

c. Zähne des Periſtoms der Choroidea.

Von b. bis c. liegt das Strahlenblättchen.

d. Ein Stück von der Kapſel der Linſe.

e. Stelle, wo ſich die Cornea in die Sclerotica einfalzt.

CONSPECTUS GENERUM

ET

FAMILIARUM ICHNEUMONIDUM

AUCTORIBUS

J. L. C. GRAVENHORST

ET

C. G. NEES AB ESENBECK.

CONSPECTUS GENERUM et FAMILIARUM ICHNEUMONIDUM

AUCTORE

J. L. C. GRAVENHORST.

Linneus ſub genere Ichneumon omnia illa piezata comprehendebat, quorum larvae in aliorum inſectorum larvis et pupis, vel, quod autem rarius fit, in inſectorum ovis, degunt. Entomologi recentiores genus illud Linneanum in plura genera diſſolverunt. Jurine, *) characteres principales generum ordinis piezatorum a nervis alarum cellulisque, quae ex anaſtomoſibus nervorum illorum oriuntur, deſumens, Ichneumones quoque in plura genera diſpescuit.

In Piezatorum omnium alis, reſpectu ſtructurae earum, ab anaſtomoſi et diſtributione nervorum confectae, una eademque forma fundamentalis apparet. Numero cellularum, ſingularumque forma proportione et ſitu Jurine uſus eſt ad characteres principales generum conſtituendos, ita tamen, ut non niſi ad cellulas radiales et cubitales reſpexerit; dicit nempe auctor (pag. 3): „ ſi omnium alae cellularum rationem habere debuiſſem, ſtatim „ hanc methodum reliquiſſem. " Sed non video cur; illa enim ratio non ſo-

*) *Nouvelle méthode de claſſes les Hyménoptères et les Diptères, par L. Jurine, Tome I. a Geneve*, 1807. *in 4to.*

ſolum non difficultatibus inſuperabilibus, quales auctor laudatus, pagina citata, ei ſubjicit, obnoxia eſt, ſed potius ſaepe ipſa neceſſaria fit, quod ſtatim in Ichneumonidibus demonſtrabo. Si oculos convertimus in alas ſuperiores piezatorum, et quidem in tales, quarum cellulae completae ſunt, ſeu, quod idem eſt, quarum nervi per membranam anaſtomoſantes usque ad marginem apicalem alae discurrunt, facile quinque cellularum ordines diſtinguemus, nempe 1) cellulas elongatas, a radice alae ortas, usque ad medium ejus ſe extendentes, numero quaternario, 2) cellulas radiales Jurinei, duas vel unam, 3) cellulas cubitales Jurinei, numero binario trinario aut quaternario, 4) cellulas discoidales, cubitalibus ſubſtratas, numero trinario, 5) cellulas brachiales duas, ad marginem inferiorem alae ſitas, discoidalibus ſubſtratas. In multis quidem piezatorum generibus nervi illi pro parte, interdum fere omnino, evanescunt, quo fit, ut plures vel plurimae cellularum confluant; quamdiu autem nervi illi, nec omnes nec eo gradu ac in Chalcidibus et Pſilis (v. Jurinei tab. V, gen. 47 et 48), disparent, forma illa et ordo fundamentalis ſemper ſatis diſtincte ſe oſtendit.

Piezatorum ea, quae ſub nomine generali Ichneumonidum comprehendo, ſecundum alarum ſuperiorum cellulas facile deſignanda ſunt, his characteribus diſtinctivis:

Cellulis alarum completis.
Cellula radiali una magna.
Cellula cubitali interiore cum cellula discoidali interiore coalita.

Illam nempe cellulam cubitalem, quae ad marginem apicalem alae ſita eſt, cellulam nuncupo exteriorem; alteram, quae cellulis elongatis adjacet, interiorem; tertiam denique, inter exteriorem et interiorem ſitam, ſaepe autem deficientem, intermediam. Eadem denominatione etiam de cel-

cellulis tribus discoidalibus utor. Cellulam iſtam magnam, quae in Ichneumonidibus ex coalitione cellulae cubitalis internae cum cellula discoidali interna oritur, breviter cellulam cubitalem internam nuncupabo. Denominationes: ſtigma, radius, cubitus, nervi brachiales, nervi recurrentes, e libro citato Jurinei jam ſatis notae ſunt.

Characteribus Ichneumonidum meorum collatis, quisque videbit, genus Anomalon Jurinei, nec non familiam primam generis Ichneumon Jurinei, ad illos referri debere. Inter reliqua piezata nullum genus conſtat, quod cum illis confundi poſſit. Quod attinet ad Ichneumonides apteros, ſine dubio huc referendos, jam in Monographia Ichneumonum pedestrium, anno 1814 edita, characteres expoſui, quibus a reliquis piezatis apteris diſtinguendi ſunt. Genera et familias Ichneumonidum europaeorum, quotquot eorum ipſe examinavi, hac methodo diſtribui:

I. Ichneumon Fabr.

Caput transverſum. Scutellum planum. Abdomen petiolatum aut ſubpetiolatum, rarius ſubſeſſile, teretiusculum, rarius depreſſum. (Terebra abſcondita aut ſubexſerta.)

Familia I Abdomen petiolatum, oblongum aut ſubovatum; ſegmentum 1 globuloſum, ſcabrum, petiolo longo lineari arcuato. Alae cellula cubitali intermedia 5-angulari. Antennae et pedes mediocres. (Terebra abſcondita aut ſubexſerta.)

1. Scutello et abdomine totis nigris. — Species 26, inter quas e. g. I. annulator Fabr. I. nigrator Fabr. I. lineator Fabr. I. ferruginoſus Gmel.
2. Scutello et abdomine nigris; ultimis ſegmentis albonotatis. — Species 3.
3. Scutello pallidenotato; abdomine toto nigro. — Species 47, inter quas e. g. I. deliratorius L. I. foſſorius L. I. fabricator F. I. proteus Chr. I. funereus Vill.
4. Scutello pallidenotato; abdomine nigro, ſegmentis ultimis albonotatis. — Species

cies 13, inter quas I. molitorius L. I. cinctorius F. I. anator F. I. bimaculatus Oliv.

5. Scutello pallido, abdomine tricolore. — Species 45, inter quas I. extenforius L. I. grofforius L. I. farcitorius L. etc.

6. Scutello pallido; abdominis apice, plerumque etiam medio, flavo - maculato aut cingulato. — Species 21, inter quas I. vaginatorius L. I. infractorius F. I. fasciatorius F. I. marginatorius Panz.

7. Scutello pallido; abdomine vel pallidenotato, vel fegmentis quibusdam totis flavis, fegmento ultimo toto nigro. — Species 27, inter quas I. luctatorius L. I. fugillatorius auct. I. natatorius Panz.

8. Scutello pallido; abdomine vel toto rufo vel rufonigroque. — Species 40, inter quas I. fuforius auct. I. flavatorius F. I. lentorius Panz. I. nitens Chr. Joppa lutea F.

9. Scutello nigro; abdomine vel toto rufo vel rufonigroque. — Species 38, inter quas I. arrogator auct. I. fputator F.

10. Scutello nigro; abdomine tricolore. — Species 7, e. g. I. incubitor L.

11. Thorace rufo aut albolineato; fcutello rufo aut albo; abdomine vel tricolore vel bicolore, vel albonotato, apice femper albo. — Species 6, e. g. I. nobilitator Gr.

Familia II. Abdomen petiolatum, oblongum; fegmentum primum antice apicem verfus fenfim dilatatum, fubleve; petiolo tenui, longitudine partis anterioris. Alae cell. cub. interm. triangulari. Antennae ferratae. Pedes fubelongati. — Species unica.

Familia III. Abdomen petiolatum, procerum, fubcylindricum; fegmentum 1 antice fubconvexum, leve; petiolo lineari, haud multo anguftiore quam pars anterior, hujusque longitudine. Antennae et pedes graciles. (Terebra exferta, breviffima). — Species 8, inter quas Baffus porrectorius. F.

Familia IV. Abdomen petiolatum, oblongum aut fubovatum; fegmentum 1 antice fubconvexum, leve; petiolo tenui, plerumque longi-

gitudine partis anterioris. Alae cell. cub. interm. vel nulla vel parva triangulari aut irregulari. Pedes et antennae ſubgraciles. (Terebra ſubexſerta.)

1. Scutello et abdomine nigris. — Species 7.
2. Scutello pallidenotato; ſegmentorum marginibus pallidis. — Species 4.
3. Scutello pallido; abdomine rufo aut rufonigroque. — Species 11, inter quas Cryptus sticticus F. Bassus testaceus F.
4. Scutello nigro; abdomine rufo aut rufonigroque. Species 48, e. g. I. nemoralis Fourc. I ſulphuratus Gr.

Familia V. Abdomen ſubſeſſile aut ſubpetiolatum, oblongum; ſegmentum 1 baſin verſus ſenſim anguſtatum. Alae cell. cub. interm. vel nulla vel parva triangulari aut irregulari. Antennae graciles aut mediocres. Pedes mediocres. (Terebra ſubexſerta).

1. Scutello et abdomine nigris. e. g. Bassus praerogator F. — Species 29.
2. Scutello pallidenotato, abdomine vel toto nigro vel ſegmentorum marginibus pallidis. — Species 24, inter quas I. lituratorius L. I. amictorius Panz. I. armillatorius Gr.
3. Scutello pallido; abdomine vel rufo vel rufonigroque. — Species 13.
4. Scutello nigro; abdomine vel rufo, vel rufonigroque, vel flavonigroque. — Species 63, inter quas I. rutilator auct. I. elongator F. I. elegantulus Vill. I. inſultator Gr.

Familia VI. Abdomen ſubſeſſile, oblongo - ſubcylindricum; ſegmentum 1 vel ſubquadratum vel baſin verſus ſenſim anguſtatum. Alae cell. cub. interm. vel nulla vel parva triangulari. Caput facie protuberante. Antennae mediocres. Pedes breves, craſſi. (Terebra abſcondita).

1. Cell. cub. interm. parva. — Species 3. e. g. Cryptus curvator F.
2. Cell. cub. interm. nulla. — Species 11. e. g. I. femoralis Vill.

NB. Familiae ſequentes habitu naturali, tam inter ſe, quam a familiis praecedentibus, discedunt.

Fa-

Familia VII. Abdomen subsessile, oblongoovatum; segmentum 1 basin versus sensim angustatum. Alae cell. cub. interm. nulla. Pedes anteriores mediocres, postici elongati. Antennae apicem versus graciliores. (Terebra vix subexserta). — Species 2.

Familia VIII. Abdomen petiolatum, pyriforme, opacum, subtiliter punctum; segmentum 1 breviusculum, petiolo fere longitudine et latitudine partis anterioris. Alae cell. cub. interm. triangulari. Pedes subgraciles. Antennae mediocres. (Terebra subexserta). — Species unica.

Familia IX. Abdomen petiolatum, oblongoovatum; segmentum 1 reliquis multo angustius, basin versus sensim angustatum; petiolo longitudine partis anterioris. Alae cell. cub. interm. nulla, prima nervos duos recurrentes excipiente. Antennae breves. Pedes longi graciles. — Species unica I. argiolus Ros.

Familia X. Corpus parvum. Abdomen subpetiolatum aut subsessile, oblongum, depressiusculum, tenerum, pellucidum; segmentum 1 basin versus sensim angustatum. Alae cell. cub. interm. nulla; cellula radiali permagna, nervo inferiore recto apicem alae versus excurrente et subevanescente. Antennae et pedes graciles. — Species 4.

Familia XI. Corpus parvum. Abdomen petiolatum, depressum, nitidissimum, levissimum; segmentum primum reliquis multo angustius, lineare; petiolo longiore quam pars anterior. Alae cell cub. interm. 5-angulari, exteriore incompleta. (Terebra abscondita aut subexserta). — Species 4, inter quas I. gagates Gr.

II. Trogus Panz.

Caput transversum. Scutellum elevatum seu acuminatum. Abdomen petiolatum, convexum. (Terebra abscondita). — Species 5, inter quas Tr. coeruleator Panz. Ich. lutorius auct.

III.

III. Alomya Panz.

Caput ſubgloboſum. Scutellum planum. Abdomen petiolatum, convexum. (Terebra abſcondita). — Species 2, inter quas Ichn. ovator F. ejusque femina, ſeu Cryptus debellator F.

IV. Cryptus Fabr.

Caput transverſum. Scutellum planum. Abdomen petiolatum aut ſubpetiolatum, rarius ſubſeſſile, convexum. (Terebra exſerta).

Familia I. Abdomen petiolatum, oblongum; ſegmentum 1 petiolo anguſtiore et paulo longiore quam pars anterior, lineis 2 ſubelevatis. Alae cell. cub. interm. 5-angulari. Pedes et antennae ſubgraciles. (Terebra exſerta, brevis). — Species 12, e. g. Ichn. armatorius Panz.

Familia II. Abdomen petiolatum; feminae oblongum aut ovatum, maris plerumque anguſtius, interdum ſubcylindricum; ſegmentum 1 leve, ſubarcuatum, petiolo vel paulo longiore quam pars antica vel hujus longitudine. Alae cell. cub. intermedia 5-angulari aut ſubquadrangulari. Pedes et antennae longi graciles. (Terebra exſerta, longa).

1. Scutello et abdomine nigris. — Species 23, e. g. Ichn. moſchator F. Ichn. obſcurator Crel. Ichn. compunctator Panz.
2. Scutello pallidenotato; abdomine nigro. — Species 6.
3. Scutello pallide notato; abdomine pallide cingulato. — Species 2, e. g. Baſſus ſeductorius F.
4. Scutello pallidenotato; abdomine rufo aut rufonigroque. — Species 42, inter quas Cr. aſſertorius F. Ichn. albatorius Vill. Ichn. perſpicillator Gr.
5. Scutello nigro; abdomine rufonigroque. — Species 48, inter quas Cr. ſponſor F. Ichn. incubitor Chr. Baſſus analis Gr.
6. Scutello et thoracis parte rufis; abdomine rufonigroque. — Species 7, inter quas Cr. minutorius F. Ichn. exhortator Panz.

Fa-

Familia III. Abdomen petiolatum; feminae oblongum aut ovatum, maris anguſtius; ſegmentum 1 plerumque leve, petiolo paulo longiore et anguſtiore quam pars anterior. Alae cell. cub. interm. 5-angulari. Pedes et antennae mediocres. (Terebra exſerta mediocris.)

1. Scutello et abdomine nigris. — Species 10, inter quas Ichn. laevigator N. v. E. (ſp. n.)
2. Scutello albonotato; abdomine rufonigroque. — Species 9.
3. Scutello nigro; abdomine vel toto rufo vel rufonigroque. — Species 46, inter quas Cr. profligator F. I. concolor Gm. Ichn. ſemiannulatus Vill. Ichn. jejunator Gr.

Familia IV. Abdomen petiolatum, nitidum, leve; feminae oblongum, maris anguſtius; ſegmentum 1 ſubcurvatum aut ſubrectum, petiolo paulo longiore quam pars anterior. Alae cell. cub. interm. minuta quadrata. Pedes et antennae longi graciles, rarius mediocres. (Terebra exſerta, longa aut mediocris). — Species 10, e. g. Cr. enervator F. Ichn. gladiator Roſſi.

Familia V. Abdomen petiolatum, oblongoovatum, nitidum, leve; ſegmentum 1. petiolo longo ſublineari. Alae cell. cub. interm. nulla. Antennae medio compreſſo-incraſſatae. Pedes longi graciles. (Terebra exſerta mediocris). — Species unica.

Familia VI. Corpus parvum. Abdomen petiolatum, rarius ſubpetiolatum, breviusculum; feminae ovatum aut oblongum, maris gracilius, interdum ſublineare; ſegmentum 1 curvatum aut ſubrectum, petiolo baſin verſus ſubanguſtato, longitudine partis anterioris. Alae cell. cub. interm. nulla aut ſubquinqueangulari. Antennae et pedes graciles aut mediocres. (Terebra exſerta, rariſſime abſcondita).

1. Thorace et abdomine nigris. — Species 11.
2. Thorace nigro; abdomine rufonigroque. — Species 35.
3. Thorace rufonigroque. — Species 10, inter quas Cr. cinctus F.

Fa-

Familia VII. Ichneumones pedeſtres (Monographiae meae).

NB. Familiae ſequentes habitu toto et inter ſe et a praecedentibus differunt.

Familia VIII. Abdomen ſubpetiolatum aut ſubſeſſile, oblongum; ſegmentum 1 leve aut ſubcanaliculatum, baſin verſus ſenſim anguſtatum. Alae cell. cub. intermedia vel nulla vel triangulari. Pedes et antennae ſubgraciles ſublongi. (Terebra exſerta). — Species 10.

Familia IX. Abdomen petiolatum, oblongum, leve, nitidum; ſegmentum primum petiolo mediocri. Alae cell. cub. interm. nulla, rarius parva triangulari. Antennae gracillimae. Pedes mediocres, poſtici rarius elongati. (Terebra exſerta, mediocris). — Species 4, inter quas Ichn. conjunctor Panz. I. ruſticus Fourc.

Familia X. Abdomen petiolatum, procerum, leve, nitidum; ſegmentum 1 lineare, petiolo fere longitudine partis anterioris. Alae cell. cub. interm. quadrangulari, rarius quinqueangulari. Pedes et antennae graciles. (Terebra exſerta brevis). — Species 2.

Familia XI. Abdomen petiolatum, rarius ſubpetiolatum, oblongum, leve, nitidum; ſegmentum primum plerumque petiolo tenui, lineari, longitudine partis anterioris. Alae cell. cub. interm. plerumque rhomboidali et majore quam in reliquis Ichneumonidibus. Antennae et pedes graciles aut mediocres. (Terebra exſerta, brevis; mas plerumque ſtylis duobus analibus exſertis). — Species 8.

Familia XII. Corpus parvum. Abdomen ſubſeſſile aut ſubpetiolatum, rariſſime petiolatum, oblongum, rarius lineare, leve; ſegmentum primum rarius lineare, plerumque baſin verſus ſenſim anguſtatum. Alae cell. cub. interm. vel nulla, vel obliqua aut quinqueangulari; cellulae cubitalis interioris nervo inferiore plerumque recto, haud angulato. Antennae

nae graciles. Pedes graciles, rarius craſſiusculi. (Terebra exſerta, rarius abſcondita). — Species 12.

V. Pimpla Fabr.

Caput transverſum. Abdomen ſeſſile, teretiusculum aut depreſſiusculum, nitidulum. (Terebra exſerta, rarius ſubexſerta).

Familia I. Abdomen ſegmentis intermediis lineis duabus obliquis impreſſis. Alae cell. cub. interm. nulla. Antennae ſubgraciles. Pedes mediocres. (Terebra exſerta, longa).

1. Coxis poſticis nigris. — Species 4.
2. Coxis poſticis rufis. — Species 10, inter quas P. menſurator F.

Familia II. Abdomen plerumque leve nitidum; ſegmentis ultimis feminae ventre integris. Alae cell. cub. interm. triangulari aut nulla. Pedes et antennae graciles aut mediocres. (Terebra exſerta, longa).

1. Scutello et abdomine nigris, hoc interdum ſegmentorum margine ſummo caſtaneo. — Species 18. e. g. P. ſegmentator F. P. approximator F. Ichn. catenator Panz. Ichn. ſetoſus Ol.
2. Scutello pallidenotato; abdomine pallide cingulato, cingulis interdum obſoletis. — Species 7.
3. Scutello pallidenotato; thorace rufonigroque; abdomine nigro, interdum ſegmentorum margine pallido. — Species 2.
4. Scutello pallidenotato aut rufo; abdominis medio rufo. — Species 8.
5. Scutello nigro; abdominis medio vel ſegmentorum quorundam margine rufo. — Species 12. e. g. Ichn. cylindrator Oliv.

Familia III. Abdomen ſegmentis transverſim impreſſis; feminae ſegmentis duobus ultimis rima ventrali longitudinali. Alae cell. cub. interm. nulla. Antennae graciles. Pedes mediocres. (Terebra exſerta, mediocris aut brevis). — Species 6, inter quas Cryptus carbonator Gr.

Fa-

Familia IV. Abdomen ſegmentis transverſim inciſis; feminae ſegmentis duobus ultimis rima ventrali longitudinali. Alae cell. cub interm. nulla Antennae graciles, breves. Pedes breviusculi, craſſiusculi. (Terebra perbrevis, ſubexſerta, erecta). — Species 3.

Familia V. Abdomen ſegmentis transverſim inciſis; ultimis feminae ventre integris. Alae cell. cub. interm. nulla. Antennae graciles. Pedes mediocres. (Terebra exſerta mediocris). — Species 2, inter quas P. incitator F.

Familia VI Abdomen ſegmentis plerumque transverſim inciſis, intermediis longitudine latioribus, ultimis feminae rima ventrali longitudinali. Alae cell. cub. interm. triangulari. Pedes mediocres. Antennae plerumque graciles, interdum ſubcraſſiusculae. (Terebra plerumque mediocris, rarius longa).

1. Corpore rufo, nigronotato; ſcutello flavo. — Species unica, nempe P. flavicans F.
2. Abdomine vel toto vel pro parte rufo; ſcutello nigro. — Species 3.
3. Prothorace et ſcutello rufis. — Species 3, inter quas Crypt. oculatorius F.
4. Scutello pallidenotato; thorace et abdomine nigris; interdum picturis pallidis. — Species 3, inter quas P. varicornis F.
5. Scutello, thorace et abdomine nigris; abdomine interdum caſtaneocingulato; coxis poſticis rufis. — Species 10, e. g. P. pennator F. ejusque mas P. ſtercorator F. Cryptus roborator F. Crypt. turionellae F.
6. Scutello, thorace et abdomine nigris, hoc interdum rufocingulato; coxis poſticis nigris. — Species 9, inter quas Crypt. maculator F. Crypt. examinator F. Crypt. inſtigator F. Ichn. illecebrator Roſſi.

Familia VII. Abdomen longum, plerumque tuberculoſum; ſegmentis intermediis latitudine longioribus, ultimis feminae rima ventrali longitudinali. Alae cell. cub. interm. triangulari. Antennae et pedes mediocres aut ſubgraciles. (Terebra longa).

1. Scutello et thorace nigris. — Species 8, e. g. P. manifestator F. Ichn. carbonarius Christ. Ichn. tuberculatus Oliv.
2. Abdomine, scutello et thorace nigris, pallide notatis. — Species 8, e. g. P. persuasoria F. P. mediator F. Ichn. histrio Panz. I. scurra Panz.
3. Abdomine, scutello et thorace fulvis, pallide notatis. — Species unica, nempe Ichn. perlatus Chr. (I. superbus Schrank. I. citrarius Oliv.).

VI. Metopius Panz. (Peltastes Ill.)

Caput transversum. Scutellum angulis apicalibus acutis. Abdomen sessile, convexum, opacum, scabrum. (Terebra abscondita). — Species 4, e. g. M. necatorius Panz. Ichn. micratorius F.

VII. Bassus. (Diplazon N. ab Esenb.)

NB. Fabricius sub genere Bassus complectitur Ichneumonides valde inter se discrepantes, nulloque modo sibi cognatos, ita ut vix eruendum sit, quaenam forma typus hujus generis Fabriciani esse debeat. Eo commotus ego hoc genus illis restrictionibus, quas Entomologus indefessus, Nees ab Esenbeck (in litteris, die XXVI Decembris anni MDCCCVIII. jam ad me scriptis) assumsit, composui *).

Caput transversum. Abdomen sessile, depressiusculum, nitidulum, feminis interdum apice compressum. (Terebra abscondita aut subexserta).

Fa-

*) In Monographiae Ichneumonidum adscitorum fragmento, jam typis edito, (*Berl. Mag.* 6. 1. *p.* 19.) Bassorum nomine appellavi illos, quos Vir Cl. Latreille (Gen. Cr. et Ins. T. IV. p. 16. CCCCXLVI.) sub Genere Alysia comprehendit, addito in schedis his, quos olim Bassos salutaveram, cognomine Diplazon. Nunc, quoniam Amico nostro veneratissimo ita placuit, nomen antiquum generi supra definito reddendum censeo; quibus autem Bassorum nomen ipse imposueram l. c., eos in posterum, Latreillio duce, Alysias nuncupabo.

Nees ab Esenbeck.

Familia I. Abdomen vel lateribus ſubparallelis, apice obtuſo, vel lanceolato - ovatum, apice acuto, feminis plerumque apicem verſus compreſſum; ſegmentum primum vel quadratum, vel ſaltem lateribus parallelis. Alae cell. cub. interm. vel nulla vel triangulari, interioris nervo inferiore angulato. Antennae et pedes mediocres aut graciles. (Terebra vix ſubexſerta, ſuberecta). — Species 24, inter quas B. laetatorius Panz. Ichn. 4-cinctus Schrank, Ophion feſtivator F.

Familia II. Corpus parvum. Abdomen thorace paulo anguſtius; ſegmentum primum baſin verſus paulo anguſtatum. Alae cell. cub. intermedia quinqueangulari. Antennae et pedes mediocres. (Terebra vix ſubexſerta, erecta). — Species 2.

Familia III. Abdomen thoracis latitudine; ſegmentum primum ſubquadratum, intermedia transverſa. Alae cell. cub. interm. nulla. Antennae medio incraſſatae. Pedes mediocres. — Species una.

VIII. Banchus Fabr.

Caput transverſum. Abdomen ſeſſile aut ſubpetiolatum, compreſſum aut ſubcompreſſum.

Familia I. Abdomen ſeſſile, rarius ſubſeſſile, leve, nitidum, lateribus compreſſum; ſegmentum primum baſin verſus ſenſim paulo anguſtatum. Alae cell. cub. interm. ſubrhomboidali, interioris nervo infero arcuato. Antennae mediocres. Pedes mediocres aut elongati. (Terebra abſcondita). — Species 5, inter quas B. pictus F. B. falcator F. B. venator F.

Familia II. Abdomen ſubſeſſile aut ſubpetiolatum, leve, nitidum, apicem verſus ventre plerumque compreſſum, maribus plerumque teretiusculum. Alae cell. cub. interm. rhomboidali aut triangulari, interioris nervo inferiore angulato. Antennae graciles aut mediocres. Pedes medio-

cres

cres aut elongati. (Terebra exserta brevis, rarius longa). — Species 20, e. g. B. fornicator F. Oph. clavator F. Crypt. osculatorius F.

NB. Familiae sequentes a veris Banchis habitu toto differunt.

Familia III. Abdomen subsessile, leve, nitidum, oblongum, apicem versus compressum. Alae cell. cub. interm. rhomboidali. Antennae graciles. Pedes elongati. (Terebra exserta, longa). — Species 3.

Familia IV. Abdomen subsessile, leve, compressum, dorso carinatum. Alae cell. cub. interm. nulla; interioris nervo inferiore subangulato, cum nervo inferiore cell. cub. exterioris ad angulum cellulae radialis contiguo. Antennae graciles. Pedes mediocres. (Terebra longa). Species una.

Familia V. Abdomen subpetiolatum, fusiforme, apicem versus ventre compressum; segmenta ultima valvula ventrali vomeriformi. Alae cell. cub. interm. nulla. Antennae subgraciles. Pedes elongati, anteriores graciles, postici validi. (Terebra longa). Species una.

IX. Ophion Fabr.

Caput transversum. Abdomen petiolatum, compressum.

Familia I. Abdomen lateribus aut apice compressum, rarius totum compressum aut teretiusculum; segmentum primum parte anteriore convexiusculo vel subgloboso. Alae cell. cub. interm. triangulari, rarius nulla. Antennae et pedes mediocres. (Terebra exserta, subsursum curvata, brevis aut mediocris, rarius longa). —

1. Abdomine et antennis nigris. — Species 29.
2. Abdomine nigro; antennarum articulo primo subtus pallido. — Species 18.
3. Abdomine rufonigroque; antennarum articulo primo subtus pallido. — Species 18.
4. Abdomine rufo aut rufonigroque; antennis nigris, rarius subtus rufis. — Species 32, e. g. O. pugillator F. O. nidulator Panz.

Fa-

Familia II. Abdomen ſubpetiolatum, compreſſum, dorſo carinatum; ſegmentum primum baſin verſus ſenſim anguſtatum. Alae cell. cub. interm. triangulari. Pedes et antennae ſubgraciles. (Terebra exſerta brevis). — Species 4, e. g. O. glaucopterum F. Ichn. virgatus Vill.

